

VERBAND DER ...

...

...

65-8  
52

...

-----

# VERHANDLUNGEN

DER

KAISERLICHEN LEOPOLDINISCH-CAROLINISCHEN

*Deutsche* ACADEMIE DER NATURFORSCHER.

---

ZWEITER BAND.

---

BONN 1821.

Für die Akademie in ADOLPH MARCUS Buchhandlung.



NOVA ACTA  
PHYSICO - MEDICA

ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINO-  
CAROLINAE

NATURAE CURIOSORUM.

---

TOMUS DECIMUS.

---

BONNAE,

M D C C C X X I.

1974

Q49  
H162

P H I L I P P I N E S

OFFICE OF THE ATTORNEY GENERAL

MANILA

1974

1974

1974

1974

506,43

LS8

bar 6

1951 1

1,525,

M.B. B. 12/10/13

# VERHANDLUNGEN

D E R

KAISERLICHEN LEOPOLDINISCH - CAROLINISCHEN

AKADEMIE DER NATURFORSCHER.

---

ZWEITEN BANDES ERSTE ABTHEILUNG.

Mit Kupfern.

---

B O N N 1 8 2 0.

Für die Akademie in ADOLPH MARCUS Buchhandlung.

NOVA ACTA  
PHYSICO-MEDICA

ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINO-  
CAROLINAE

NATURAE CURIOSORUM.

---

TOMI DECIMI PARS PRIOR.

Cum Tabulis aeneis.

---

BONNAE MDCCCXX.

PHYSIC-O-MATHS

PHYSIC-O-MATHS

PHYSIC-O-MATHS

PHYSIC-O-MATHS

PHYSIC-O-MATHS

PHYSIC-O-MATHS

SERENISSIMO PRINCIPI ET DOMINO

CAROLO AB HARDENBERG

SUPREMO REGNI BORUSSICI CANCELLARIO

etc. etc.



ACADEMIAE C. L. C. NATURAE CURIOSORUM

PROTECTORI AMPLISSIMO

CLEMENTISSIMO.

REPUBLICAN PARTY

CARROLL A. HARRIS

...

...

...



Cum res Academiae nostrae in patria adhuc incolu-  
mes starent, ea religione et quasi legibus tenebantur  
maiores nostri, ut, quoscunque industriae vel ingenii  
fructus in lucem edidissent, hos omnes primo qui-  
dem loco offerrent Sacri Romani Imperii Caesaribus,  
Academiae conservatoribus et patronis praestantis-  
simis, tum vero ante omnes summo illi PROTECTORI,  
qui, e Germanorum principum numero, Academiam  
Naturae Curiosorum sibi elegerat auctoritate sua et  
opibus non solum tuendam, sed etiam augendam et  
amplificandam.

Mutata sunt tempora: mansit temporum peractorum memoria, non interiit pietas, immortalis vivit inter doctos gratia eorum, quae bona unquam procerum clementia, civium benevolentia in litteras et eruditos collata sunt; verum ne taciturna Nunquam Otiosorum gratia tandem post varios casus nulla sua culpa patriam et bonos plerosque penitus lateret, Tua, Serenissime Princeps, eximia opera factum est, Qui, nisi viam paravisses et fidem praeclaram dedisses, voce, qua dignissima et clarissima patriae, novis legibus rursus constitutae, commen-

daremur, caruissemus, atque adeo in tenebris iacerent pars haud spernenda operum nostrorum, quorum primitias iam Tibi decimum hoc primae Decadis novorum Actorum volumen ea, qua par est, reverentia dicamus.

Felices, qui in isto amplissimi Protectoris titulo, a Te humanissime suscepto, antiqui moris certos aliquos fines et veluti ex temporum naufragio terram aspeximus, ad Deos paternos supplices tendimus manus iamque pudet timuisse. Diu vivas, o

Serenissime Princeps, et, macte virtute Tua,  
videas longam Actorum Academiae Naturae Curio-  
sorum seriem, a Te nutritam et Tuo nomine exor-  
nata fronte superbam!

Fave, precamur, rebus nostris!

Nomini Tuo addictissima

Scribebamus die 18. Octobris 1820.

Academia C. L. C. Naturae  
Curiosorum.

## P R A E F A T I O.

**V**olumen, quod primae Decadis novorum Actorum Academiae C. L. C. Naturae Curiosorum circulum absolvit, Lectoribus benevolis tradimus, idque ob tabularum, aere excudendarum, paullo maiorem copiam in duas partes divisum, ne, in edendo opere iusto diutius morati, invito Symbolo nostro, nunc denique otiosi fuisse videamur. Pars autem altera, assiduo labore perficienda, ad hanc priorem brevi accedet.

Itaque, cum, quae a Sociis Academiae acta sunt, horum ipsorum verbis in Actorum voluminibus legantur, societas autem academica extra socios non existat, nihil esse, sequitur, cur in praefatione latius exspatietur quispiam. Quod ad ea, quae ab Anno MDCCCXVIII, post nonum Actorum volumen editum, ad usque hanc diem adversa faustaque Academiae evenerunt, hic repetenda sunt, quae, novi Protectoratus auspicia celebraturi, die XVIII. Iun. anni praeteriti Collegis carissimis per litteras impressas nuntiavimus.

Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae Curiosorum Directori praenobilissimo, Adiunctis strenuissimis, Collegis coniunctissimis novi PROTECTORATUS, a Serenissimo Principe et Domino CAROLO AB HARDENBERG, supremo regni Borussici Cancellario, die XXVIII Novembris anni MDCCCXVIII humanissime in se recepti, prospera auspicia indicit Academiae Praeses.

Vix integrum a constituta Naturae Curiosorum Academia XXV annorum spatium effluxerat, cum in Augusta Caesaris LEOPOLDI I. aula

obtrectatorum ipsa conviciis insidiisque peteretur. Quorum nuncio ad FEHRIUM, secundum tunc temporis post BAUSCHII decessum Academiae Praesidem, sodalium Vindobonensium cura ac solertia delato, statim hic circumspicere singulare cuiusdam e proceribus Germaniae principis, tam eruditionis quam eruditorum studiosi, coepit patrocinium, quo non solum conatus societatis, ad rei Medicae Naturalisque Historiae incrementum spectantes, „Augustissimo et Indulgentissimo Romanorum Imperatori „LEOPOLDO, ea, quae esset efficacissima, commendarentur commenda-  
„datione, et ab iniquorum insidiis vindicarentur, — *sed inprimis etiam „leges academicae, Caesareo Privilegio nuperrime munitae atque firmatae*<sup>a)</sup>, sinceræ integraeque conservarentur.“<sup>b)</sup>

Vita autem humana ita comparata esse videtur, ut in rerum angustiis, dum eae sint verae ipsisque operum fundamentis imminentes, neque animo, metu vili turbato, effictae, non ea solum, quorum cura afflicti sumus, sed una et quaecunque turbis mederi resque labefactatas firmare posse videantur, mentis acumini appareant integra, et veluti eadem tabula miris artibus depicta. Quae mentis quasi divinatio etiam Academiae nostrae in istis, quae diximus, periculis summo Dei beneficio non defuit. FEHRIUS enim, agitato animo vix, quibus iam opus esset, perspexerat, cum id etiam animo conciperet, quo Viro et Patrono tuta inter hostes evadere et ad maiora eniti posset Academia; neque unius diei spatium moratus, extemplo Illustrissimum RAYMUNDUM, S. R. I. Comitem de MONTECUCOLI, (qui brevi tempore post in principis dignitatem evectus est), S. Caes. Maiestati a cubiculo et intimis consiliis, ordinis aurei vel-  
leris Equitem, Senatus aulico-bellici Praesidem, Legatum bellicum, et rel., virum „tam praeclarissimis facinoribus, pace belloque gestis, quam „exquisitissimae litterarum philosophicarum, politicarum, mathematicarum „et ad ius spectantium scientiae fama immortalem“<sup>c)</sup> adiit supplicibus litteris, die 9. Octobris anni 1677, hac potissimum sententia:

---

a) Mense Augusto anni MDCLXXVII. Conf. BÜCHNERI Historia Acad. C. L. C. N. Cur. Hal. Saxon 1755.

b) BÜCHN. I. c. p. 346.

c) BÜCHN. I. c. p. 347.

Illustrissime et Excellentissime  
 D O M I N E S. R. I M P E R I I C O M E S  
 A M O N T E C U C O L I,  
 Maecenas gratiosissime!

*Delectarunt omni aevo certaminibus heroicae mentes, et generosa ista aemulatione sempiternam sibi peperere gloriam, ut Graeci suis Olympicis, Isthmicis, et Romani suis Circensibus, Cursoriis, Gladiatoriis etc. Sed haec corporis tantum erant exercitia, ad ostentandum robur membrorumque agilitatem comparata; gloriosius longe et ingeniosius certamen antecedenti saeculo primum, quod sciam, in Italia COSMUS MEDICAEUS, Magnus ille Hetruriae Dux, inter Viros litteratos instituit, quod Academiam vocavit, sodalitium scilicet, seu Collegium Virorum, varia rerum omnium scientia et usu excellentium, qui in commodum Rerum publicarum, sub certis quibusdam regulis constricti, mentis acie collegialiter decertarent.*

*Felici omine passim excepta virtuosa haec et plane heroica exercitatio, praeter alias Nationes, Angliam nuper ad Societatem regiam, et sub iisdem temporibus Germaniam nostram ad pares conatus animavit, ut, ducibus aliquot Imperii Magnatibus, excellentissima quaedam ingenia ad patriam linguam excolendam coniunctionem inirent, Fructiferorum nomine famigeratissimam.*

*Fato, dicam, an voto potius Litteratorum simile exercitium in Imperiali Suinfurto inter paucos quosdam Medicos (Anglicae Societatis quinque tantum primo fuisse dicuntur,) Auctore potissimum Domino JOANNE LAURENTIO BAUSCH, Med. Doct. et Physico Suinfurtensi, Antecessore meo, anno huius saeculi LI. institutum est, quod Naturae Curiosorum nomine insignitum, certisque legibus sancitum, ut singuli Collegae curiose scrutarentur et in apricum proferrent ea, quae, vel saeculi iniuria, vel hominum incuria Cimmeriis hactenus tenebris immersa, animos sciendi avidos latuissent, humanis alias usibus maxime necessaria, commoda, iucunda; idque non sine applausu plurimorum Clarissimorum Virorum, (inter quos primo loco nomino CZASCHELIUM, SORBAIT, GREISELIUM, IUNGIUM, HERTODIUM), quorum elogia, ad Sacratissimam Maiestatem Caesaream delata, heroicum istum Genium tam propitium nobis reddiderunt, ut Caesareae suae Maiestatis*

*iussu ex magnificentissimo illo Cimeliarchio Caesareo rarissima quaedam Naturalia, quasi gemmae quaedam, ad exornandas Ephemerides nostras clementissime concederentur: quo illustri exemplo excitati, varii ex variis mundi plagis nobiscum hactenus communicarunt, et communicant hodie- num, quae vel explorata novitas quotidie admiratur, vel indefessa ho- minum industria indies pervestigat.*

*Fructus autem instituti huius nostri in Republicas maximus licet sit et nobilissimus, malevolorum tamen quorundam calumniis quoque est obnoxius et adeo expositus, ut exinde nonnullorum Collegarum genero- sus fervor nonnihil frigescere et tantum non sufflaminari, furorque Martialis, infensissimus ille litterarum hostis, funestam nobis cladem minitari videatur. Utrunque remedium efflagitat praesentaneum; utrum- que Patronum et Protectorem heroicum; illud Artis, hoc Martis est: in utroque eminenter corruscat Illustrissima V. Excellentia, quam ideo subiectissima devotione venerantur Naturae Curiosi omnes et singuli, ea, qua par est, animi observantia submisse rogitantes, ut Illustrissima V. Excellentia Academiae Naturae Curiosorum Patrocinium gratiosissi- mum suscipere, Augustissimo nostro LEOPOLDO eorum studia et la- bores de meliori commendare, et Naturae Curiosos, pro salute publica tam sollicite excubantes, adversus omnium Zoilorum virosa spicula he- roice tueri dignetur. Faciet hoc ipso Illustrissima V. Excellentia rem, ut putamus, Nomini Germano gloriosam, Imperio Romano-Germanico fructuosam, et Illustrissimae Excellentiae Suae admirandis virtutibus longe dignissimam. Vivat Illustrissima V. Excellentia et in inaccessio illo sum- mae felicitatis ac dignitatis throno floreat diutissime! Ita mecum vovent omnes Naturae Curiosi, imo omnes Boni.*

*Dabantur Suinfurti, ubi Illustrissimae V. Excellentiae generosa ista militiae suae tyrocinia primitus deponere, et singularis Clementiae ac Favoris gratiosissimos radios saepius, et nuper quoque in transitu ex itinere devotis Civibus spectatissime exhibere volupe fuit, quod gratis- sima mecum mente agnoscunt et recordantur omnes.*

*Illustrissimae Excellentiae Vestrae subiectissimus S. R. I. Acad.  
Naturae Curiosorum Praeses, dictus Argonauta,*

JOHANN. MICHAEL FEHR

D. Phys. Suinf. Ord. et Praetor Urbis Imperialis.

Suinfurti die IX. Octobris MDCLXXVII,



Neque irritas FEHRIUS fudit preces. Princeps, qui tum, diuturnae et gloriosae militiae functus officiis; „Vindobonae litterario otio liberaliter utebatur,“ d) perlectis litteris, statim et consilii gravitate et pietate viri, bona sanctaque omnia molientis, commotus, votis ac consiliis facillimum sese praebuit litterasque, animi generosissimi testes, quas hic repetimus, iam die XXVIII Novembris eiusdem anni conscripsit. e)

PRAENOBILIS,  
DOCTISSIME AC CONSULTISSIME  
AA. LL.

Philosophiae et Medicinae Doctor.

*Quam proxime abhinc elapsa nona Octobris Suinfurto ad me dedisti epistolam, non tantum rite accepi, sed etiam Tuum Collegarumque Tuorum petitem probe intellexi: Me Tuae (cui laudabiliter praees) Academiae Tuorumque expetis Protectorem, atque ita honorificam procul dubio imponere cogitas provinciam, quam vel ideo promptus suscipere non praetermitto, quia de Tuo Tuorumque primum constanti fervore, dein optato pro bono publico ex studio vestro secuturo emolumento, minime dubito. Sicut igitur pro hac oblata mihi honorifica sparta praesentibus officiosissimas rependo grates, ita non minus, ubi in posterum laudabile Tuum in promovendo hoc studio desiderium pro viribus secundare potero, partibus meis kaud quaquam deero, ac vicissim semper futurus sum*

Viennae XXVIII. Novembris MDCLXXVII.

ad officia paratissimus

R. A. MONTECUCOLI.

Quibus feliciter peractis, hunc primum Academiae nostrae *Protectorem amplissimum*, quaecunque per litteras olim promisisset, ea omnia, pro magna, qua pollebat, auctoritate et bonarum rerum studio strenue perfecisse, probat otium incundissimum, quo per longam inde seriem annorum Academia ita fruebatur, ut et gratia hominum et laude eruditionis et operum suorum indies magis cresceret. Neque pauci post

d) BÜCHN. I. c. p. 347.

e) BÜCHN. I. c. p. 350, nota 421.

RAYMUNDUM e potentissimis S. R. I. Principibus, singuli a Praesidibus invocati, Protectoris munere humanissime perfuncti sunt.

Itaque florente Imperio Germanico floruit Academia, mox autem, aegrotante corpore hoc augustissimo, aegrotavit, denique, cum vinculis omnibus, quibus olim convaluerat, solutis, idem vita defunctum mortem obiisse videretur, sopita quidem, veluti anima mortis inter concussiones, per aliquod tempus latuit, verum neque interitum unquam est verita, sed a corporis grandaevis ruinis illaesa, ad resurrectionis usque tempus perstitit.

Taceo reliqua. Iam enim scitis, Collegae carissimi et doctissimi, quae testibus vobis et ipsis auctoribus gesta sunt, neque Vestrum ququam ignorare credimus, quantum laboraverit Academia nostra, quaeve aequo animo ferre sustinuerit, ad ea strenue conversa, quorum opera olim, novo corpore foedere Germanorum sibi parato, sperabat fore, ut fungi rursus proprio munere, neque pati solum, sed facere, quae eruditam animam decent, liceret. Quis enim est, qui, cum Academiam inde ab incunabulis suis una cum Imperio Germanico et vigiisse et doluisse et defecisse tandem viribus, animo perpendat, eandem veram huius animae partem fuisse, vereque *Germanicam*, neget?

Tamen, proh dolor, reperti sunt, qui saltem, id posse negari, voluissent; pauci quidem hi numero, — sed tamen reperti sunt. Fuisse autem in fati, ut non omnis saltem Academia nostra tam cito dissolveretur, ex eo nobis persuasum est, quod et ista tempestate salus repentina apparuit, eademque maxime inopinata et precibus nostris tentata magis, quam, animo reverentia praeoccupato, aperte efflagitata. Namque, cum Serenissimo Principi AB HARDENBERG, Supremo Regni Borussici Cancellario, Academiae semper optime studioso multisque summis beneficiis, quorum numerus maior est, quam qui hic recenseri possit, de ea meritissimo, Actorum Academicorum Volumen, nuper editum, a Praeside esset humillime offerendum, isthic ille non potuit, quin, timidus tamen, ad summum illud bonum, quod solo ab Eius patrocinio sibi sponderet Academia, digitum intendere. Et litteras, quas, vernaculo conscriptas sermone, Volumini, Principi tradendo, adiecerat, lingua latina reddere debuimus; erant autem huiusmodi:

## SERENISSIME PRINCEPS!

*Quod Clementiae Tuae nonum hoc Actorum suorum Volumen, venerationis Tibi ante omnes debitae documentum, paullo serius tradit Academia Naturae Curiosorum Leopoldino Carolina Caesarea, factum est partim diuturna valetudine, tum morte WENDTII, Reg. Bav. Maiestati olim a consiliis intimis, partim afflicta et ancipiti ipsius Academiae conditione. Gratissimo enim animo et sincera reverentia vetus illa Academia Te unicum in angustis rebus pariter, ac remotiore aetate, quum illa Te auspice in hac sede florebat, Tutorem ac Statorem agnoscit. Quid? quod vel hoc operum eius volumen, quod ego societatis, cuius nuper Praeses electus sum, nomine mihi sumpsi, ut Tibi proponerem, Tuae Clementiae debetur: quod, nisi pecuniae, in Borussia collocatae, accessissent usurae, liberalissime in nos collatae, lucem non fuisset adspecturum. Felicem Academiam L. C. C., si, quod munus olim, ea nascente, potentium adversariorum invidiam apud Caesarem repressurus, Illustrissimus Princeps DE MONTECUCOLI feliciter in se recepit rogatus, id Tu nunc, dubiis Academiae rebus sponte occupare eiusque formam externam et conditionem affirmare volueris ita, ut illa, propositi tenax, litteras adiuvere et dispersas passim Germanicae diligentiae vires in se colligere possit.*

*Non multa opus sunt, quo virorum doctorum Germanicorum aliquam societatem conserves et tuearis et felicem reddas. Aliquantum honoris, et aequis fautoribus ut approbare possint sive ingenium sive industriam suam: addideris argenti quantum sufficiat, ut scripta sua perpetua ac luculenta serie edere possint, nullo leges scribente librario: addideris libros et vivendi commoditatem facilitatemque eam, ut ne quis, obstinatione quadam animi et repugnandi libidine captus, perturbet concordiam illam viriumque coniunctionem, cum omnibus litterarum studiis, tum vero maxime iis, quae ad naturam spectant, necessariam. Haec fere sunt, quibus opus esse videtur. Ac fortasse, si quid horum beneficiorum paratur, optime id conferetur in veterem Academiam Imperialem, et tutissime cum stirpe, radicibus et antiquitate commendabili, recens surculus coalescet.*

*Quod superest, rogo, Serenissime Princeps, ut placido vultu exci-*

## VIII

*pias hoc studiosissimae observantiae testimonium. In quo si quid forte iusto liberius loquutus fuerim, ignosces devotissimae meae in Te reverentiae.*

*Nominis Tui addictissimus cultor*

*Scr. Erlangae a. d. 10. Sept. 1818.*

Dr. NEES AB ESENBECK

Academiae C. L. C. Naturae Curiosorum h. t. Praeses.

Quae litterae cum ad Principem acutissimum et clementissimum essent perlatae, obortis inter haec variis, ob male diiudicatas res Academiae, turbis et contentionibus, quin ipsis Regis Bavariae summis Ministris de vera eaque privata Academiae huius nostrae conditione usque adeo dubitantibus, ut, falsis rumoribus circumventi, supellectilem eius, quam Praeses plurimorum probatissimorumque Adiunctorum consensu tum secum Bonnam ad Rhenum transferre parabat, Bavaricos fines liberam transgredi posse negarent, tantum abfuit, ut Ille inter Augustae istius congregationis Aquisgranensis gravissima negotia nostrae Academiae res fractas vili penderet, ut potius in mediis istis curis maximum nobis solatium compararet. Nam suscepit libero arbitrio Protectoris amplissimi munus, quo olim, cum ducatus Baruthini et Onoldini summis praesset, relicto titulo, humanissime functus erat, et omnem securitatem Academiae optimamque suam operam, qua fieri posset, ut pristinum splendorem cito per universam patriam recuperaret, promisit. Atque hae quidem Eius litterae sunt; quas ut Vobis, Director perillustris, Adiuncti reverendissimi, Collegae doctissimi et nobis dilectissimi, omnique orbi erudito, tum lingua Germanica, qua primum ab Ipso scriptae sunt, tum, prisca consuetudine, in Latinum conversas, palam exhiberemus, (quod hodie summum nobis et iucundissimum officium est,) haud abs re fore existimavimus, prius antiquissimorum Academiae temporum memoriam repetere et Eius, quem primum suum *Protectorem* salutavit Academia, praeclare facta, tanquam praesagia melioris vitae, cuius spem *novus* nunc *Protector* erexit, revocare in animum.

Mit der lebhaftesten Dankbarkeit und Theilnahme habe ich mit dem Schreiben Ew. Hochwohlgeboren den neunten Band

*Valde gratum mihi fecisti atque intimos benevolentiae sensus movisti, vir nobilissime, qui litteris tuis ad me datis ad-*

der Verhandlungen einer Akademie erhalten, deren Thätigkeit in frühern Zeiten in so naher Berührung mit meiner eignen Wirksamkeit stand und die nie aufgehört hat, mich zu interessiren.

Das Anerbieten, dieser würdigen Akademie als Protektor vorzustehen, hat für mich einen doppelten Werth; es verbürgt mir die Gewißheit, durch Beförderung und Unterstützung gelehrter Arbeiten für den wissenschaftlichen Ruhm und die Ehre Deutschlands kräftig zu wirken und ist mir ein rührender Beweis, daß eine angenehme Erinnerung an meine frühern Beziehungen mit diesem gelehrten Verein noch in dieser Gesellschaft lebt.

Ich erwarte einen ausführlichen Bericht Sr. Excellenz des Herrn Ministers von Altenstein über die jetzige Lage derselben, um diejenigen Maaßregeln zu ergreifen, welche nöthig seyn werden, um ihre Existenz auch für die Zukunft fest zu stellen, und dem deutschen Vaterlande die Früchte ihrer edlen Thätigkeit durch eine von lokalen Einflüssen und Interessen ganz unabhängige Lage zu sichern.

Wachen, den 28. Nov. 1818.

C. Fürst von Hardenberg.

Tametis ea, quae legistis, summam comprehendere videantur grati nuntii, quem iam pleno iucundissimae voluntatis animo perferre ad

*iunxisses Volumen nonum Actorum eius Academiae, cuius quidem studia, quibuscum ipse eram per pristinas munerum meorum rationes coniunctior, ut pertinebant ad me aliquando propius, ita postea ab iisdem alienam mentem nunquam habui.*

*Quod mihi munus offers, ut huic dignissimae Academiae Protectoris nomine velim praeesse, duplex causa est, cur id probem. Nam pro pignore munus isthoc accipio, quo mihi persuadeam, esse futurum, ut doctorum virorum studiis excitandis et adiuvandis possim consulere doctrinarum, quae inter nostrates coluntur, apud exteros existimationi et omnino Germaniae laudi; tum hic non exiguus est humanitatis atque ad animum meum iucunditatis fructus, quod inde intelligam, quae olim fuit mea cum illa litteraria societate necessitudo, eius gratiam recordationem etiamnum inter socios vigere et integram conservari.*

*Quae de statu rerum Academiae, qualis iste nunc est, ad me referet Vir Excellentissimus AB ALTENSTEIN, Minister Regius, ea vero exspecto, ut consilia capiam ea, quibus opus esse videbitur, ut vel in posterum salva sit Academia, et ipsa immunis ab impedimentis, quae locorum forte conditiones asserant, sortem talem inveniat, in qua nobilitum eius contentionum fructus in Germaniam, patriam nostram, redundare semper possit.*

*D. Aquisgrani, d. 28. Nov. 1818.*

C. Princeps AB HARDENBERG.

Vos visum est, restant tamen et alia quaedam, ad communem utilitatem spectantia, quae maioris illius fortunae nostrae tam arctam iunxisse videntur societatem, ut fere dubitemus, utrum sint varii quidam diversarum causarum effectus, an potius diversae eiusdem Genii tutelariformae, quibus indutus ingruentem Academiae Naturae Curiosorum diem praesagierit.

Primum autem singularis gratiae documentum id merito habendum esse censemus, quod, suffragante et opitulante Viro Excellentissimo Libero Barone DE STEIN AB ALTENSTEIN, Augustissimi et Potentissimi Borussiae Regis in rebus ecclesiasticis publica quoque institutione gubernanda summo Ministro, rel., quem Collegam et Fautorem omni laude superiorem celebramus, Academiae Naturae Curiosorum, in Regni Borussiae publicam fidem receptae, Protectoris Amplissimi auctoritate et gratia universae Germaniae rursus commendatae, gravissimorum autem doctissimorumque virorum ex quibuscunque patriae nostrae pagis communi consensu et opera indies magis confirmatae atque exultae, domicilium in alma Universitate Borussiae Rhenana, idque non solum prorsus magnificentum regia quoque munificentia ornatum, sed etiam omni pendendo locario liberum, iam demum paratum est.

Secundo loco gratissima memoria dignum est, quod Augustissimi Potentissimique Bavariae Regis eximia gratia evenit, ut eadem haec parva supellex nostra, quam falsa adversariorum delatione in itinere vi retentam modo questi sumus, nuperrime (die XIX mensis Ianuarii huius anni) humanissime e custodia dimissa et Academiae legibus est restituta. Quo facto, nihil obstitit, quo minus iam Directoris et Adiunctorum tantum non unanimi consensu \*) Erlanga inde in novam hanc Bonnensem sedem deducta, Clementissimi Regis Borussiae munificentia, de qua supra sermonem fecimus, secunda et grata fruatur.

---

\*) Conferantur, quae acta sunt in concilio Adiunctorum, die IX. Martii huius anni Erlangae habito, ipso Praeside, tum Loschgio, Directore, Schweiggero Bischoffioque, ex Collegis autem Martio atque Rothio assidentibus. Collectis ante a Directore Adiunctorum externorum votis omnique exposita rei insolitae ratione et causa, (quo clarius omnes, quae diiudicanda essent, cognoscerent,) cum iis, qui, concilio adsidentes, palam vota sua profitebantur, duodecim viri inventi sunt aperte in Praesidis sententiam transgressi, duo autem, qui soli tacere ex omnibus, adversarios Academiae, liberum exitum paranti, dudum se gesserant, neque moniti unquam animum mutaverunt.

Itaque deportata Bibliotheca parvaque supellectile, cum copiae, quibus pretium vehementibus penderetur, eodem temporis spatio iurgiis implexae, deficerent, humanissime subvenit *Vir ille illustrissimus* AB ALTENSTEIN, *Regis Borussorum in rebus ad litteras spectantibus summus Minister etc.*, quem *patrem* suum et benefactorem merito Academia semper est habitura. Ille enim, cum Praeses Academiae, tunc temporis in urbe degens, imparem solvendis vecturae sumptibus Academiam questus esset, trecentos thaleros borussicos ex aerario tribuit, scilicet qui summam pecuniae, ad id comparandae, explere viderentur. Haud abs re facere arbitrati sumus, si litteras, hac de re die XVIII Maii h. a. ab Eo datas, latino aequae ac vernaculo sermone hic adiungeremus eo consilio, ut omnes intelligatis, quo animo Ille est, in quo Academia nostra hisce temporibus spem suam reposuit, quibus Consiliis praestantissimis maximeque salutaribus utitur, et quanta est clementia Regis potentissimi, cuius vices in studiis litterarum provehendis gerit.

U n

L. B. STEIN AB ALTENSTEIN

den Professor und Präsidenten der Kaiserlichen Leopoldinisch-Karolinischen Akademie

Potentissimi Regis in rebus, ad omnem eruditionem, Dei cultum et medicinam spectantibus

Summus Minister,

Herrn Doctor

Nees von Esenbeck.

NEESIO AB ESENBECK, Doctori, Hist. nat. in Universitate litteraria Bonnensi Professori P. O., Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae N. C. Praesidi, S.

Aus Ihrer Eingabe vom 8. d. M. hat das unterzeichnete Ministerium mit Vergnügen ersehen, daß die Attribute der Kaiserlichen Leopoldinisch-Karolinischen Akademie der Naturforscher glücklich in Bonn angelangt sind. Um dieser durch ihr Alter wie durch ihre vielseitigen Verdienste um die Naturwissenschaft ehrwürdigen Akademie sogleich bei ihrem neuen Eintritte in den Preussischen Staat einen thätigen Beweis der vorzüglichen Hochachtung zu geben, welche die obersten

*Ex iis, quas die VIII. h. m. ad Nos dedisti, litteris, Caesareae Leopoldino-Carolinae Academiae Naturae Curiosorum Bibliothecam et Museum feliciter Bonnam pervenisse, non mediocri cum voluptate perspeximus. Quam autem in Academiam, ob vetustatem non minus quam ob varia in naturae scientiam merita venerandam, ut, eo ipso, quo Regnum Borussicum revisit, tempore, singularis observantiae, quae supremi Magistratus amplius illius conatus fovent, facto conspicuum edamus documentum, summus fisci Nostri custos, in*

Staatsbehörden für die rühmlichen Bestrebungen dieses wissenschaftlichen Vereins hegen, ist die Generalkasse des unterzeichneten Ministerii unter dem heutigen Tage angewiesen worden, an Sie, den zeitigen Präsidenten der Kaiserl. Leopoldinisch-Karolinischen Akademie, die Summe von dreihundert Thalern Pr. Courant zur Bestreitung der Kosten, welche die Versetzung der Attribute der Akademie von Erlangen nach Bonn möchte verursacht haben, gegen Quittung auszuführen. Das Ministerium wird seiner Seite jetzt nicht unterlassen, die Kaiserlich-Leopoldinisch-Karolinische Akademie der Naturforscher Seiner Majestät dem Könige zur landesväterlichen Berücksichtigung angelegentlichst zu empfehlen, und allerhöchsten Orts dahin anzutragen, daß die Akademie in einer zu erlassenden Allerhöchsten Kabinetts-Ordre als eine freie deutsche Anstalt möge anerkannt und ihr zugleich von Seiten des Preussischen Staats die kräftigste Unterstützung und der nöthige Schutz in allen etwaigen Fällen möge zugesichert werden.

Berlin, den 18. Mai 1819.

Ministerium der Geislichen, Unterrichts und Medizinal-Angelegenheiten.

Altenstein.

Denique, cum Academiae Bibliotheca, quibuscunque Regio aerario pendendis vectigalibus exempta, die XXIX. Aprilis h. a. feliciter in hanc suam sedem pervenisset scriniisque ad reponendos libros opus esset, *Illustrissimus*, quem pia reverentia Collegam salutamus, *Vir et Fautor Academiae, Universitatis litterariae Borussicae Rhenanae Bonnensis Curator Excellentissimus*, COMES SOLMSIUS LAUBACENSIS, per litteras, die XXIX. Jun. a se scriptas, humanissime scriniis, publico aere conquirendis, prospexit, ne Academiae supellex praeter necessitatem augeretur, vel parvae eius copiae in comparandis his, quae, sede quondam mota, rursus fortasse relinquenda essent, consumerentur.

Taceamus alia, quae vel, tam magnis comparata, vilescent, vel ipsa

*sumptus, Academiae librorum rerumque naturalium suppellectili Erlanga Bonnam transferendae impensos, Tibi, h. t. Caesareae Leopoldino-Carolinae Academiae Naturae Curiosorum Praesidi, trecentorum imperialium aeris Borussici summam, quam litteris acceptam testaberis, solve hodie iussus est. Nunc, quantum penes Nos est, nihil internitemus, ut Caesaream Academiam Leopoldino-Carolinam Naturae Curiosorum Potentissimi Regis curae, ut qui diligentissime, commendamus Eumque Clementissimum rogemus, ut Academia Naturae Curiosorum interioris consilii decreto non solum liberum institutum Germanicum aestimetur, sed etiam validissimo allevetur subsidio, et efficacissimo, quacunque in re facto opus fuerit, patrocinio impertiatur.*

D. Berolini, d. XVIII. Maii,

CIQIÖCCCXIX.



spe maiora esse videntur; unde satius duximus, expectare, quaenam sors latura sit, quam iustum tempus vana divinatione praevertere. Iuvante Deo mox Collegis nostris dilectissimis doctissimisque de rebus, ad communes usus paratis, alia per alias litteras nunciaturi sumus, cum primum quieta omnia otium litteris praeberint et sanis consiliis fidem.

Decimum inter haec Actorum novorum Volumen inchoavimus; quare Vos omnes, Collegae optimi, rogamus, velitis, memores symboli nostri, animi *nunquam otiosi* opimos fructus, quam celerrime fieri potest, in cumulum prioris Novorum Actorum Decadis, cuius primum Volumen anno 1756 in lucem prodiit, conferre, quo fiet, ut intra anni spatium, vel citius, series Voluminum continuetur.

Atque haec hactenus. Quae restant, alia quidem adhuc in votis sunt, alia vero iam iam parata, quorum summa posita est in Collegarum optimorum acumine et animo indefesso atque mutua benévolutia. Haec autem spem erigunt, fore, ut singulo adhinc anno prodeat Volumen, doctissimis neque illepidis symbolis ornatum, quo vitae naturae scrutatorum, per orbem terrarum concordis, quam Academiam appellamus, luculento teste, et eo patriae, utinam! haud ingrato, doctae paupertatis nostrae fructus et civium in nos favor forsitan et exteris probentur.

Commentationes ampliores, eae praesertim, quae, tabulis aeneis pluribus ornatae, in Actis nostris edentur, post aliquod tempus vel seorsim ab auctore in unum volumen colligi possunt, et tunc quidem tabulis, ab Academia paratis, in nova editione uti licebit. Neque etiam maiora opera, scilicet quae sola alteram aliquam Voluminis Actorum partem constituent, dum, bibliopolis non pro meritis commendata, magno scientiae augmento futura sint, a commodo reliquorum nexu repellentur.

Superest, ut, qui Academiae mos est, de sociis verba faciamus.

Et viri quidem, cuius de Academia nostra merita luce clariora sunt, Friderici A WENDT, beati nunc inter superos Academiae Praesidis, non sine lacrimis commendamus memoriam. Huius autem vitae, praeclare exactae, succincta historia secundae huius voluminis parti servanda est; tunc etiam SWARTZII, summi naturae scrutatoris, Collegae carissimi, aeternis manibus debitus honos SPRENGELII nostri ingenio parabitur, hisque ducibus, et nomina reliquorum Collegarum, quibus sors beata cecidit, sequentur.

Verum qui Viri hodie Adiunctorum Academiae munere funguntur, qui novi Collegae annis MDCCCXVIII, MDCCCXIX et MDCCCXX eidem adscripti sunt, eos nunc, iusto ordine servato, recensemus. Sunt autem Adiuncti, qui sequuntur:

Dr. FRIDERICUS HENRICUS A LOSCHGE, Potentiss. Reg. Bav. a consil. aul., in Universitate litteraria Friderico-Alexandrina Erlangensi anatomiae et physiologiae Prof. P. O. rec. d. 5. Ian. 1792; hoc tempore *Director Ephemeridum*.

Dr. CHRISTIANUS FRIDERICUS HARLESS, Potentiss. Reg. Boruss. consil. aul. intim. medicinae in Universitate litteraria Borussica Rhenana Bonnensi Prof. P. O., rel. rec. d. 5. Ian. 1796.

Dr. HENRICUS LINK, botanices in celeberrima Universitate litteraria Berolinensi Prof. P. O., rel. rec. d. 15. Aug. 1801.

Dr. IOANNES CHRISTIANUS STARK, Aug. Magn. Duc. Sax. Vin. consil. aul. intim., medicinae, chirurgiae et artis obstetriciae in alma Universitate litteraria Ienensi Prof. P. O., rel. rec. d. 22. Apr. 1813.

Dr. AUGUSTUS GOLDFUSS, historiae naturalis in Universitate litteraria Borussica Rhenana Bonnensi Prof. P. O., hoc tempore *Academiae Secretarius*, rel. rec. d. 1. Maii 1813.

Dr. FRIDERICUS LUDOVICUS KREISIG, Augustissimi Regis Saxonum Consil. aul., membrum Collegii Sanitatis Dresdensis, rel. rec. d. 3. Iul. 1814.

Dr. IGNATIUS DÖLLINGER, Potentiss. Reg. Bav. a consil. aul., anatomiae et physiologiae in Univ. litt. Würceburgensi Prof. P. O., rel. rec. d. 5. Maii 1816.

Dr. IOANNES SALOMON CHRISTOPHORUS SCHWEIGGER, chemiae et physices in Universitate litt. Friderico-Alexandrina Erlangensi (iam in Halensi) Prof. P. O., rel. rec. d. 3. Maii 1816.

Dr. AMBROSIUS RAU, doctrinarum cameralium et historiae naturalis in Universitate litt. Würceburgensi Prof. P. O. rel. rec. d. 6. Maii 1816.

Dr. SAMUEL THOMAS A SÖMMERING, Augustissimo Regi Bavariae a consiliis intimis, Ordinis merit. civ. Cor. Bav. Eques, Academiae Regiae Monacensis membrum ord., rel. rec. d. 20. Iul. 1816.

Dr. DIETERICUS GEORGIUS KIESER, Potentiss. Reg. Boruss. a

consil. aul., medicinae in Universitate litteraria Ienensi Professor P. O. rel. rec. d. 28. Dec. 1816.

Dr. CAROLUS GUILIELMUS GOTTLÖB KASTNER, physices et chemiae in Universitate litteraria Borussica Rhenana Bonnensi Prof. P. O., rel. rec. d. 28. Dec. 1816.

Dr. LAURENTIUS OKEN, August. Magn. Duc. Sax. Vin. a consil. aul., philosophiae in alma Ienensi litterarum Universitate Prof. P. O., rel. rec. d. 26. Aug. 1818.

Dr. GUSTAVUS BISCHOF, technologiae et chem. pract. in Universitate litteraria Borussica Rhenana Bonnensi Prof., Academiae hoc tempore *Secretarius alter*, rel. rec. d. 26. Aug. 1818.

## CONTINUATIO CATALOGI

Dominorum Collegarum Academiae C. L. C. Naturae Curiosorum et membrorum honorariorum, inde ab ineunte anno 1818 usque ad mensem Octobrem anni 1820 in eandem receptorum. \*)

Anno 1818.

Ordo  
receptionis.

992. D. Philippus Antonius BAYER, medicus Erlangae urbis practicus et instituti clinici assistens, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Euthymus*.

---

\*) In catalogo Dominorum Collegarum, Actorum physico-medicorum nono Volumini praemisso, virorum aliquot clarissima apud nos nomina, nescimus, quonam casu, omissa sunt, quae hic debito loco restituumus.

Anno 1796.

921. b. Dr. C. MERTENS, hist. nat. in lib. urbe Bremensi professor, rel. rec. d. 27. Ian. cogn. *Epaenaetus*.

\*\*\*

## XVI

Ordo  
receptionis

995. Dr. Carolus Ludovicus BLUME, collegio, a potentiss. Rege Batt. ad promovend. agric. artes et scientt. Bataviae instituto, adiunctus, rel. rec. d. 26. Aug. cogn. *Rumphius*.
994. Ioannes Guilelmus a GOETHE, Sereniss. et Augustiss. Magno Duci Sax. Vinar. et Isenac. a consiliis sanctoribus, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Arion*.
995. D. Ioannes Ludovicus GRAVENHORST, hist. natural. in univers. litt. Vratislaviensi p. p. o. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Empedocles II*.
996. D. Adolphus HENKE, medicinae publicae et therapiae in univ. litt. Erlangensi p. p. o., instituti clinici director, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Nicetas II*.

921. c. Ioannes Hieronymus SCHRÖTER, Reg. Magn. Brit. et El. Brunsv. Luneb. iur. dic. summ. praefectus, acad. El. Mogunt. scientt. soc., Reg. societ. litt. Gotting. litteris coniunctus, rel. rec. d. 27. Ian. cogn. *Hipparchus*.
921. d. Dr. Guilelmus OLBERS, Reg. societ. scientt. Gotting. litteris coniunctus, rel. rec. d. 27. Ian. cogn. *Acestius*.

Anno 1801.

951. b. Dr. Henricus Fridericus LINK, botanices in univ. litt. Rostochiensi p. p. o., rel. rec. d. 15. Aug. cogn. *Cleophanes*.

Anno 1816.

981. b. Dr. Samuel Thomas a SÖMMERING, Potentiss. Reg. Bav. a consil. sanctt., Ord. merit. civil. cor. Bav. Eques, Acad. Reg. scientt. Monac. membr., rel. rec. d. 20. Iul. cogn. *Vesalius*.
987. Dr. Carolus Guilelmus Gustavus Iege: D. Carolus Guilelmus Gottlob KASTNER.

Ordo  
receptionis.

997. D. Ioannes Christophorus Fridericus KLUG, colleg. med. Boruss. supr. assessor, consilio spec. de rebus in medicina scientiam spectantibus adscriptus, urbis Berol. physicus, in univers. litt. Berol. professor, mus. zool. director, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Argus*.
998. D. Ioannes Georgius Christianus LEHMANN, hist. nat. in gymnasio Hamburgensi professor, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Helianthus*.
999. D. Martinus Henricus Carolus LICHTENSTEIN, zoologiae in Reg. univers. litt. Berolin. p. p. o., mus. zool. director, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Hanno*.
1000. D. Laurentius OKEN, Augustiss. Magni Ducis Saxo-Vinar. et Isenacens. consiliar. aul., philosophiae in univers. litt. Ienensi p. p. o. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Hercules*.
1001. D. Carolus Gustavus BISCHOF, technologiae et chemiae practicae in univ. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi p. p. o. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Pythagoras*.
1002. D. Ioannes Fridericus KÜTTLINGER, August. et Pot. Reg. Bav. a consil. medicinal., urbis Erlang. physicus, rel. rec. d. 26. Aug. cogn. *Galenus*.
1003. D. Ernestus Guilelmus MARTIUS, pharmaciae et pharmacologiam in univ. litt. Erlangensi doc., pharmacop. aul. rel. rec. d. 26. Aug. cogn. *Democritus*.
1004. D. Christianus Henricus PANDER, acad. Imp. Petrop. membr. et musei acad. custos, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Wolffius*.
1005. D. Henricus Augustus ROTHE, matheseos in univers. litt. Erlangensi p. p. o. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Euclides*.

## XVIII

Ordo  
receptionis.

1006. D. Carolus Asmundus RUDOLPHI, potentiss. Boruss. Reg. in re medica a consil. secr., anatomiae et physiologiae in univers. litt. Berolin. p. p. o., academ. scientiar. Berol. membrum, rel. rec. d. 26. August. cogn. *Polymythes*.
1007. Carolus a SCHREIBERS, Nobilis, musei Imp. rer. naturall. Vindobonensis director. rel. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Archias*.
1008. Casparus Comes a Sternberg, Dominus de Radnitz, Darrowa, Brzezina etc. etc., rec. d. 26. August. cogn. *Iason*.
1009. D. Godofredus Reinoldus TREVIRANUS, hist. nat. in libera urbe Bremensi professor, rel. rec. d. 26. Aug. cogn. *Hermes IV*.
1010. D. Carolus Christianus WOLFART. Ord. regni Boruss. cruc. ferr. secundae classis, Imp. Russ. St. Annae secundae classis Eques, medicinae in univers. litt. Berolinensi p. p. o. rel. rec. d. 26. August. cogn. *Mesmer*.
1011. D. Sebaldus Iustinus BRUGMANS, Ord. Reg. Leon. Belg., Imp. Russ. St. Annae et Reg. Boruss. Aquilae rubr. Eques., Inspector gen. rer. med. milit. regn. Belg., medicinae, chemiae, botanices et hist. nat. in univ. litt. Lugdunensi Batt. p. p. o. rel. rec. d. 26. Aug. cogn. *Dioscorides IV*.
1012. D. Eduardus d'Alton, Nobilis, in univers. Borussica Rhenana Bonnensi professor, rel. rec. d. 28. Nov. \*) cogn. *Pausanias*.
1013. D. Ioannes Iacobus a BERZELIUS, Ord. stell. pol. Eques, chem. in instituto Carolino professor, acad. Reg. scientt. Holm. ab epist. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Richterius*.
1014. Christophorus Henricus Ernestus BISCHOFF, Ord. Imp. Russ. St. Annae secundae classis Eques, medicinae publicae et militaris, nec non materiae medicae, in univers. litt. Boruss.

---

\*) Auspiciis novi Protectoratus, a Ser. Principe ab HARDENBERG clementer in se recepti, felici anniversario.

Ordo  
receptionis.

- Rhen. Bönnessi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Aristobulus*.
1015. D. Henricus de BLAINVILLE, anatomiae in univers. litt. Parisiensi professor, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Buffonus*.
1016. D. L. BOIANUS, anatomiae et artis veterinariae in univers. litt. Vilmensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Camper*.
1017. Felix de Avellar BROTERO, botanices in univers. Conimbricensi professor emer., Reg. hort. bot. et mus. hist. nat. Ulyssiponensis director, Lin. soc. Lond. soc. adscr. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Clusius*.
1018. Robertus BROWN, Nobilis, Regiae et Linneanae societatis Londinensis socius, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Raius*.
1019. Leopoldus, Lib. a BUCH, acad. Reg. scientt. Berolinensis, membr. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Lucius*.
1020. D. Augustus Pyramus de CANDOLLE, botanices professor Genevensis, Reg. academ. scientt. Parisiensi litteris coniunctus, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Linneus*.
1021. D. Christianus Theophilus CARUS, in academ. medico-chirurgica Dresdensi professor, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Caius II*.
1022. D. Ioannes Guilelmus DOEBEREINER, Sereniss. Magno Duci Saxo-Vinar. et Isenac. a consiliis aulicis, chemiae, pharmaciae et technologiae in univers. litt. Ienensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Stahlius*.
1023. D. Christianus Godofredus EHRENBURG, med. pract. Delitiensis, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Gleditschius*.
1024. D. Henricus FICINUS, in acad. chirurgico-medica Dresdensi professor, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Mathiolus*.
1025. Ioannes Guilelmus HORNEMANN, botanices professor Havniensis, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Brunfelsius*.

1026. Guilelmus Iacobus HOOKER, Reg. et Linn. societt. Londinensis membr. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Michelius*.
1027. D. Adamus Horkel, physiologiae in univers. litt. Berolinensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Malpighius*.
1028. D. Fridericus HORNSCHUCH, botanices in univers. litt. Gryphica professor, mus. hist. nat. dir. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Meesius*.
1029. D. Christianus Fridericus a KIELMEYER, Eques, Potentiss. Reg. Suev. a consiliis intimis, mus. Reg. Stuttgartensis director, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Orion*.
1050. D. Marianus LAGASCA, Reg. horti botan. Madridensis director, exercituum Regis catholici medicus, Reg. societ. oec. Madridensis membr. hon. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Bauhinus*.
1031. D. Guilelmus Elfortus LEACH, Reg. societ. Lond. et Lin. soc., rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Fabricius*.
1052. D. Ioannes MIEG, Reg. academ. sc. Madridensis soc., mus. phys. director, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Albertus*.
1033. D. Ioannes Christianus ROSENMÜLLER, anatomiae in univers. litt. Lipsiensi p. p. o., rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Heisterus*.
1034. D. Georgius Henricus SCHUBERT, histor. nat. in univers. litt. Erlangensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Artemidorus*.
1055. D. Fridericus SCHWAEGRICHEN, histor. nat. in univers. litt. Lipsiensi p. p. o., soc. ad promovendam scient. nat. Lipsiae constitutae nunc director, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Dillenius*.
1056. D. F. I. SEEBECK, Reg. acad. scientt. Berol. membrum, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Phoebus*.
1057. Ioannes Andreas, Liber Baro A STIFFT, Caesar. Reg. Maiest. Austr. a consil. de rep. intimis, Ord. St. Stephani et St. Michaëlis plurimumque al. Eques, prim. Caesar. Mai. archiater, supr. proto-medicus, medicinae studiorum in Caesar. Reg. commissione aulica



Ordo  
receptionis.

- director et praeses, univers. rei medicae in Austria director, plurr. acad. et socc. sodalis, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Swietenius*.
1038. C. I. TEMMINCK, Ord. Imp. Reun. Eques, Museorum omnium per Regn. Belg. tum soc. litt. Harlemensis director, rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Gesnerus*.
1039. D. Augustus VOGEL, Reg. academ. Scientt. Monacensis membr. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Bergmannus*.
1040. D. Christianus Samuel WEISS, mineralogiae in univers. litt. Berolinensi p. p. o., mus. mineralog. director, academ. Reg. Berol. membr. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Wernerus*.
1041. Ioannes Bernardus WILBRAND, anatomiae, physiologiae et botanices in univers. litt. Gisensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Arcturus*.
1042. D. Iosephus WINDISCHMANN, ord. med. ac philosoph. in univers. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi p. p. o. rel. rec. d. 28. Nov. cogn. *Celsus III*.
1043. D. I. F. Koreff, Potentiss. et Augustiss. Reg. Boruss. in collegio supr. regim. consiliarius intim., in univ. litt. Ber. p. p. o. rel. rec. d. 20. Dec. cogn. *Celsus IV*.
1044. D. Henricus KÜHL, Groningensis, (nunc potentiss. Reg. Batt. iussu per Ind. or. ad hist. nat. illustrandam iter faciens) rel. rec. d. 20. Dec. cogn. *Johnson*.
1045. Christianus Ludovicus NITSCH, hist. nat. in univ. litt. Halensi. p. p. o. rel. rec. d. 20. Dec. cogn. *Redi I*.
1046. D. Fridericus NASSE, med. pract. in univ. litt. Halensi (nunc in Boruss. Rhen. Bonnensi) p. p. o., instit. clin. dir. rel. rec. d. 20. Dec. cogn. *Herophilus*.

Anno 1819.

1047. Ioannes Antonius Fridericus Guilelmus Robertus, Liber de NEUFVILLE, saltuum et aquarum in Magno Ducatu Montano olim inspector generalis et conservator, soc. physic. et med. ad Rhen. infer. phys. sect. director, rel. rec. d. 28. an. ocIgn. *Gastonus.*
1048. D. Iacobus NOEGGERATH, in praefect. rer. metall. ad Rhenum infer. consiliarius supr., mineralogiae et rerum metallicarum doctrinae in univers. litt. Borussica Rhenana Bonnensi Professor, rel. rec. d. 28. Ian. cogn. *Knorrius.*
1049. Fridericus Comes Solmsius LAUBACENSIS, in provinciis Iuliae, Cluviae et Montium supremus Praeses Reg., univers. litt. Boruss. Rhen. Curator amplissimus, Boruss. Ord. Aquilae rubrae, Russ. St. Annae Eques max. rel. rec. d. 2. Febr. cogn. *Pericles.*
1050. D. Paulus ERMANN, physices in univers. litt. Berol. p. p. o., acad. Reg. scientt. Boruss. class. phys. ab epist., rel. rec. d. 20. Mart. cogn. *Aepinus.*
1051. D. Ernestus Godofredus FISCHER, Reg. acad. scientt. Boruss. in mathem. class. soc. et in univers. litt. Berolinensi professor, rel. rec. d. 20. Mart. cogn. *Snellius.*
1052. Dr. Georgius Fridericus KAULFUSS, botanices in univ. litt. Halensi doc. rel. rec. d. 20. Mart.
1055. D. Henricus Mauritius GAEDE, hist. nat. in univers. Leodiensi. p. p. o. rel. rec. d. 3. August. cogn. *Basterus.*
1054. D. Ioannes Iacobus Ignatius HOFFMANN, inclyti lycei Asciburgensis director, rel. rec. d. 3. August. cogn. *Vega.*
1055. D. Carolus MAYER, anatom. in univers. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi p. p. o. rel. rec. d. 3. August. cogn. *Hallerus.*

Ordo  
receptionis.

1056. D. Christianus Ernestus NEEF, hist. nat. in instituto Senckenbergiano, quod Francofurti ad Moenum est, professor et med. pract., urbis lib. physicus, rel. rec. d. 5. August. cogn. *Evergetes*.
1057. D. Theodorus Fridericus Ludovicus NEES AB ESENBECK, horti medici Bonnensis inspector, rel. rec. d. 3. August. cogn. *Lobelius*.
1058. D. C. G. NESTLER, botanices in univers. litt. Argentoratensi professor, hort. bot. director, rel. rec. d. 3. August. cogn. *Tabernaemontanus*.
1059. D. E. F. RUMPF, chem. et pharmac. professor Bambergensis, Reg. colleg. med. assess. rel. rec. d. 5. August. cogn. *Wieglebicus*.
1060. D. Carolus Augustus WEINHOLD, Potentiss. Reg. Boruss. rer. administrand. consiliarius, academ. Halensis et Vitebergensis consoc. p. p. o., facultat. med. assessor, clinici chirurg. director, Ord. aquil. rubr. tert. class. Eques, rel. rec. d. 5. August. cogn. *Paracelsus*.
1061. D. Carolus Adolphus AGARDH, botanices et oeconomiae practicae in univers. Lundensi Gothorum p. p. o. rel. rec. d. 18. Octobr. cogn. *Gunnerus*.
1062. D. Adalbertus de CHAMISSE, hort. Reg. Berolin. adiunctus, rel. rec. d. 18. Octobr. cogn. *Iason VIII*.
1065. D. Carolus Ditericus de MÜNCHOW, astronom. in univers. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi p. p. o. rel. rec. d. 18. Octobr. cogn. *Copernicus*.
1064. Serenissimus Princeps ac Dominus MAXIMILIANUS NEOVIDENSIS, terrar. Brasiliensium perscrutator celeberr. rel. rec. d. 18. Octobr. cogn. *Hernandez*.

\*\*\*\*

## XXIV

Ordo  
receptionis.

1065. D. F. P. CASSEL, hist. nat. in univers. litt. Gandavensi p. p. o. rel. rec. d. 26. Octob. cogn. *Laurenbergius*.
1066. D. Franciscus de Paula GRUITHUISEN, physiologiae in instituto med. Monacensi prof. rel. rec. d. 11. Nov. cogn. *Gleichenius*.
- Anno 1820.
1067. D. Carolus de Baer, medicinae in univers. litt. Regiomontana professor, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Veslingius*.
1068. Godofredus BREMSER, musei Imp. hist. nat. Vindobonensis custos, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Redi II*.
1069. Ernestus Comes de BEUST, Reg. Boruss. Maiest. a consiliis rer. metall. intimis, tractus metall. ad Rhen. infer. summus Praefectus, Reg. Ord. Aquilae rubr. Eques, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Novalis*.
1070. D. Rudolphus BRANDES, Pharmacop. Saltoffeliensis celeberr. rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Bucholzius*.
1071. Georgius Comes de BUQUOI, naturae codicis auctor perspicacissimus, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Plinius*.
1072. D. Iosephus ENNEMOSER, medicinae in univers. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi professor, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Helmontius*.
1073. D. Elias Magnus FRIES, in univers. litt. Lundensi Goth. botanicae docens, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Holmskiold*.
1074. D. Martinus van MARUM, inclyt. musei Tayleriani director, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Franklin*.
1075. Philippus Iosephus REHFUES, Reg. Boruss. Maiest. a consiliis regiminiſ intimis, in univers. litt. Boruss. Rhen. Bonnensi commiss. Reg. extraord. rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Cosmus*.

Ordo  
receptionis.

1076. D. Carolus Fridericus SCHULZE, Sereniss. Magno Duci Megapolitano Strelitziensi a consiliis aul., phys. Neobrandenburgensis, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Timmius*.
1077. D. Renardus STEINMIG, Magno Duci Badensi a consiliis medicinall. et med. pract. rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Wurffbainius*.
1078. D. Theodorus van SWINDEREN, Ord. Reg. Leonis Belg. Eques, hist. nat. in univers. litt. Groningensi p. p. o., societ. scient. nat. et chem. Groningensi ab epist. rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Seba*.
1079. D. Guilelmus Theophilus TILESIIUS, Caes. Russ. Maiest. a consil. aul., acad. Imp. scientt. Petropolit. soc., hist. nat. professor, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Forsterus*.
1080. Leopoldus Nobilis a TRATTINNICK, Imp. musei hist. nat. Vindobonensis custos, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Pluckenetius*.
1081. D. WALLICH, horti bot. Calcuttani director, rel. rec. d. 1. Ian. cogn. *Rheede*.
1082. D. Carolus Guilelmus EYSENHARDT, med. pract., hist. nat. in univ. litt. Regiomontana doc. rel. rec. d. 7. Febr. cogn. *Marsilius*.
1085. D. Augustus Guilelmus OTTO, anatomiae in univers. litt. Vratislaviensi p. p. o. rel. rec. d. 7. Febr. cogn. *Poli*.
1084. D. Ioannes Iacobus BERNHARDI, botanices in univers. litt., quae Erfurti erat, professor, rel. rec. d. 1. Maii cogn. *Trew*.
1085. D. Fridericus Guilelmus HEMPRICH, med. pract. Berol.<sup>!</sup>, rel. rec. d. 1. Maii cogn. *Forskol*.
1086. Liber Baro de LUPIN AB ILLERFELD, rer. metall. in regno Bavariae praefectus, rel. rec. d. 1. Maii cogn. *Agricola*.

XXVI

Ordo  
receptionis.

1087. D. Carolus Christianus STURM, Augustiss. Magno Duci Saxo-  
Vinar. a consil. aul. , rer. rusticar. et camerall. in uniyers. litt.  
Boruss. Rhen. p. p. o. rel. rec. d. 1. Maii cogn. *Reichart*.
1088. D. Ioannes Constantinus DRIESSEN, medicus et physicus apud  
Groninganos practicus , rel. rec. d. 28. Maii cogn. *Sylvius*.
1089. D. Gerbrandus BAKKER, in uniyers. litt. Groningensi p. p. o.  
rel. rec. d. 10. August. cogn. *Veslingius II*.
-

# MEMORIA

## FRIEDERICI DE WENDT,

M. Doctoris, Equitis Ordinis Reg. Coron. Bavar. pro merit. civ., Consilarii Reg. intim. aul.,  
Medicinae in Univ. litt. Frid. Alex. Erlangensi Professoris P. O. Senioris, Clinici med.  
Directoris, rel.

Academiae Leopold. Carol. Natur. Curios. Praesidis.

S C R I P S I T

C. F. HARLESS, Dr., A. C. N. C. Adiunct.

---

Viro, cuius vitam et merita iam succincto ore describere suscipimus, prae multis aliis felix contigit sors, longaevitatis sicut munerum laborumque, diu aequae utiliter ac honorifice gestorum, comites ac praesidia habuisse fere imperturbatam animi serenitatem et aequitatem, virium, tam mentis quam corporis, eximium vigorem, officiorum gerendorum infatigabilem amorem, egregio gestorum successu nutritum, bonorumque et commodorum amoenos fructus, ex rerum domesticarum florida conditione redundantes. Etenim non solum haec fuit huius viri, cuius memoriam recolimus, inde ab adolescentia ad senium proVectus usque corporis mentisque valetudo viriumque integritas, non nisi extremis vitae annis aliquantum remittens, haec ingenii alacritas et in operibus salutiferis perficiendis solertia, sed haec simul vitae laborumque ratio aequabilis, temperata, beneque composita, et haec morum comitas et honestas, haec denique in observando victu caeteroque corporis regimine gustandisque ditioris suppellectilis commodis temperantia ordoque, ut cuique facile appareret, non posse, quin in tali naturalium dotium virtutumque conubio iam certissima vitae aequae longaevae ac fortunatae quasi spon-sio praestaretur.

\*\*\*\*\*

Lucem adspexit b. FRIEDERICUS DE WENDT Soraviae, Lusatiae inferioris civitate, d. 28. Septembr. a. 1738, stirpe enixus, nominis meritorumque fama clara. Parentibus usus est Christiano Wendt, Ecclesiae evangelicae illius civitatis Superintendente Generali, et Maria Margaretha, nata Lichtenberg, utrisque educationi filii, egregias ingenii dotes iam tenera aetate manifestantis, summa cum cura providentibus. Primis litterarum divinarum et elegantiorum elementis ab ipso patre imbutus, et postea institutione in Gymnasio Soraviensi ad annum aetatis vigesimum usque usus, adiit Noster a. 1758 litterarum Universitatem, Halae ad Salam florentem, ut ibi Medicinae perdiscendae operam navaret. Magistris ibi sedulo usus est in propaedeuticis et philosophicis doctrinis Langio et Maiero, in medicis et physicis Iunckero utroque, Büchnero, Böhmero, Eberhardo et Wohlfarthio. Peracto sic triennio, a. 1761 inclytam petiit Musarum sedem Georgiam Augustam, atque hic potissimum Schröderi, Rödereri, R. A. Vogelii et G. G. Richteri scholis medicis philologicisque et institutionibus practicis tanta cum assiduitate tantoque cum fructu interfuit, ut in examine, quod pro impetrandis supremis in arte salutari honoribus anno 1762 subiit, prorsus insignis scientiae laudes obtineret. Habita primum publica lectione de necessitate venae sectionis in morbis inflammatoriis pectoris, die 25. Iunii eiusdem anni Dissertationem inauguralem, suo tempore inter multas eminentem, „Observationes de pleuritide et peripneumonia“ (recusam postea in Baldingeri Sylloge opusculor., Vol. V.), cum omnium plausu e cathedra defendit, laureaue Doctoris ornatus est.

Per annum insequentem in terris Magdeburgensibus clinicis negotiis occupatus Noster, a. 1763 ad suscipiendum munus Physici ordinarii circuli et civitatis Plessensis, in Silesia siti, vocatus, simulque Collegii medici Wratislaviensis Adiunctus nominatus est. In quo munere fungendo medicinae apud multos facienda tantam sibi adscivit gratiam famaque, ut mox (a. 1767) a Principe Anhaltino-Plessensi, in hoc ipso oppido residente, Archiater eligeretur, addita Consiliarii dignitate. Hisce provinciis praxeosque amplae negotiis gerendis incubuit



usque ad a. 1777, quo sponte illis abdicens, Comitis de Ysenburg-Büdingen curam medicam suscepit. Quo vero brevi post e vita decedente, viduam ipsius, e stirpe illustrissima Comitum Stolbergae-Wernigerodae natam, ipsamque Principissae Anhaltinae - Plessensis sororem, Noster in matrimonium duxit, et cum pia hac et virtutibus egregia ipsique deditissima matrona ad annum 1785 usque, quo praematura mors illam abripuit, in coniunctissimo consortio, duorum liberorum, filii et filiae, partu tanto arctius stricto, vixit. Commovit vero ipsum hic faustissimus eventus, ut eodem, quo foedus fortunatum iniverat, anno locum spartamque, qua novissime functus erat, relinqueret, et Erlangam, Universitatis suae litterarum fama florentem, peteret. Hic vix per annum privatam vitam in otio litterario degens, consiliisque medicis, quibus mox numerosis amicis aliisque aegrotis ut Aesculapii et Hygiaeae sacerdotem aequae peritum salutiferumque ac paratissimum sese praestitit, scientiae suae famam indies amplius augens, a Serenissimo tum temporis in terris Franconiae Brandenburgicis regnante MARGGRAVIO ALEXANDRO Medicinae Professor publicus ordinarius in eadem Universitate Erlangensi constitutus, et Consilii aulici praerogativa ornatus est. Novum munus, quo novum Academiae decus, novumque imprimis Clinices, aptius fructuosiusque in tironum usum instituendae, praesidium conderetur, auspiciatus est Wendtius d. 12. Maii 1778, edito programme de pulsus mutatione quadam insigni, habitaque oratione de quibusdam morbis eruditorum, ex neglecto corporis motu ortum trahentibus.

Animum tum studiose appellens is ad condendam scholam medicam practicam, qua tirones institutione et exemplo in curandis medendisque morbis ad ipsos ex parte aegrotantium lectulos exercerentur, et assidua opera in praeparandis omnibus, ad institutum tale digno idoneoque modo stabiliendum necessariis, vincendisque difficultatibus haud exiguis, quae maxime ex redituum, ad impensas faciendas necessariorum, penuria initio obstabant, occupatus, ocius, ac sperare licebat, Consilii supremi, quod rebus academicis tum praeerat, cura et auxilio, Principisque, proposito egregio faventis, munificentia voti compos factus est, ita ut iam anno

1779 Clinicum medicum aperire posset. Cui quidem instituto, uno e primis huius generis, quali tum plurimae aliae litterarum Universitates carebant, Noster per plus, quam septem lustra, ad vitae usque terminum indefesso cum studio et opera, magnaque cum humanitate et liberalitate, propriis, quas ab initio ferre saepe opus erat, expensis haud parcente, praefuit, idque in haud exiguum tam studiosae iuventutis, quam numerosissimae aegrotorum, deinceps in hoc instituto curatorum, catervae commodum; ita ut hoc negotio salutifero, per tantum temporis spatium impigerrime gesto, omnium, quotquot testes essent, plausum ferret, aegrotorumque millenorum, quibus bene fecit, gratissimos aninos sibi conciliaret. Atque haec fuit ratio et industria, qua Noster clinicam illam scholam institueret et dirigeret, hoc opus et zelum, et hi fructus exercitationum, a discipulis percepti, et deinceps usquequaque per multas terras in propriam ipsorum praxin redundantes, ut vere dici de Wendtio possit, eum de civitate, de Musarum, quam ornavit, sede, de artis clinicae dignitate et usu, de auditorum et operibus clinicis assistentium idonea instructione et formatione, et de humanitate, morborum et paupertatis miseris aegre afflicta, perbene meruisse.

Quae quum ita essent, fieri non potuit, quin Wendtius noster indies magis magisque in doctorum hominum et musagetarum singularem existimationem veniret, famaeque suae, etsi venandae eius haud avidus, egregie consuleret. Unde etiam factum est, ut tum (a. 1786) honorifico modo invitaretur, ad munus Professoris Clinices in Alma Academia Goettingensi suscipiendum, tum (a. 1795), quum iter faceret Havniam, ad visendum fratrem ipsius dilectum, apud Pot. Regem Daniae Consilarii status intimi munere insigni cum merito fungentem, Regis Archiater nominaretur, eique, si Havniae domicilium collocare, et Archiatri officia subire vellet, stipendium annuum satis proficuum offerretur. Sed amore muneris, quo Erlangae porro fungi maluit, locique et amicorum adductus, utramque invitationem recusavit, atque in oblato compensationem meritorumque gratam agnitionem a Potentiss. Rege Borussorum, cuius sceptro tum temporis Universitas Erlangensis subdita erat, salarii adauctione insigni, et

Consiliarii aulae intimi titulo donatus est. Hucusque nondum facultatis medicae membrum activum factus, neque ideo facultatis labores cum collegis participans, nunc votis quoque collegarum cessit, et scripta dissertatione habitaque disputatione de febris remittentibus semestris hiberni ann. 1795—96, respondente I. R. Burkhardt, Basiliensi, locum tertium in ordine medico d. 21. Septembr. 1796 obtinuit. Anno insequente, post I. Rudolphi obitum, secundum in ipso locum et in fine anni 1810, quo b. de Schreber fati cessit, primum cepit. Iam plures annos antea (a. 1792) ad secundas nuptias transierat, nobilissimam virginem, de Metsch, in vitae consortium sibi eligens.

Academia nostra Leopoldino-Carolina statim ab illo tempore, quo b. a. Delius Praesidium ipsius nactus esset, tam doctum et benemerentem virum suis adscribere cupiens, Wendtium a. 1791 inter Collegas suas receperat. Postquam vero, defuncto Delio, Praesidium ad perill. de Schreber delatum fuerat, ab hoc viro celeberrimo una cum Hildebrandtio, viro piae admodumque venerandae memoriae, et perill. Loschgio, inter Academiae Adiunctos receptus est. Quum autem Schreberi morte Academia rursus praeside vacaret, adiunctorum scrutinio votisque maioribus haec Praesidis Academiae Nat. Curios. provincia dignitasque, cum praerogativis et iuribus, huic muneri illo temporis, quo adhuc Caesarea Imperialis esset, adnexis, ideoque etiam nobilitatis imperii rom. honor., in Wendtium delata sunt. Nec fefellit spes Academiam, fore, ut novi Praesidis scito consilio et efficaci labore nova vis novusque investigandorum amor et ordo labanti redeat. Nam non solum studuit augere coetum collegarum, laboribus idoneis exquisitisque Academiae utilitatem famamque egregie adjuvantium, paucissimisque senioribus, qui Praesidio Adiuncti supererant, novos ad communem de rebus Academicis deliberationem addere, sed bibliothecam quoque Academiae, multis egregiisque operibus eminentem, nec non reliquum apparatus rerum, ad historiam naturalem facientium, in meliorem ordinem redigi, porro reddituum et pecuniarum, quas Academia possidet, rationes accuratas confici curavit, ipsiusque facultatibus ordine firmiore administrandis operam impendit; in quibus quidem negotiis ordi-

nandis Goldfussium nostrum, Academiae Adiunctum et Secretarium, assiduum habuit adiutorem. Desiderio denique impulsus, post sat longum intervallum novum volumen Actorum huius Academiae in lucem edendi, in parando hoc iam senex grandaevus multum occupatus est, opusque praelo subditum (Novorum Actorum A. N. C. Vol. X.), cuius editor ipse in praefatione laudatus est, ad finem perduxisset, nisi inter ipsum impressionis progressum mors bonum virum abripuisset. Curaverunt vero, qui nunc Academiae moderatur, Praeses, atque Loschgius, Director Ephemeridum rite constitutus, et Secretarius modo laudatus, ut volumen illud sine ulla mora absolveretur.

Anno 1814 Wendtio novus honor nominisque splendor collatus est a Rege Bavariae Potent. eo, quod Ordinis Coronae Bavariae civilis Eques nominaretur, quo simul Nobilitatis praerogativa competit tam filio, Ernesto, Consiliario aulico intimo, in Universitate Erlangensi nunc Iuris scientiae Professori ordinario, quam filiae, Agnes, viro generos. de Schmidt, Centurioni in exercitu Austriaco, nuptae.

Post transactam sic longam et aequae actuosam ac honorificam vitam, inter humanitatis et munerum operas, permultis utilissimas, corporis robore sanitatisque vigore fruens, ad extremos usque annos parum labante, pervenit tandem Noster ad metam, quam bonus quisque bono animo et laeta clarioris lucis spe attingere non reformidat. Animo sincerus, ad opem ferendam semper paratus, fidelis amicorum amicus, prudens ad consilia collega, elegantioris et cultioris vitae et consuetudinis amans, et ipse olim artium et societatum elegantiorum in domo sua nutritor, fere ad ultimum usque vitae annum eadem, qua suevit, serenitate negotiis, tam clinicis, (ultimis saltem annis intra domum suam,) quam academicis vacavit. Senii tandem oneribus et marasmo paralytico confectus, repetitisque insultibus apoplecticis succumbens, placide et sereno vultu animam efflavit d. 2. Maii a. 1818, fere octogenarius, omnibus piam sui memoriam relinquens.

- Scripta, a. b. Wendtio in publicum edita, praeter illa, quae supra iam laudavimus, haec sunt:

Historia tracheotomiae, nuperrime administratae. Wratisl. 1774 in 8.

*Von der gegenwärtigen Einrichtung und dem Fortgang des Instituti clinici, Nachricht I. 1780, Nachr. II. 1781, Nachr. III. et IV. 1785, Nachr. V. u. VI. 1785, in 8.*

*Rechnung über Einnahme und Ausgabe der Gelder bei dem Kranken-Institut zu Erlangen, I. — VII. Annis 1789 — 1816.*

*Annalen des klinischen Instituts zu Erlangen etc. I. u. II. Fascic. in 8. Erl. 1812. sq.*

Praetera aliquot etiam commentationes, ad therapiam et materiam medicam ab ipso scriptae, in Diariis medico-chirurgicis perill. Hufelandii (Vol. V. 2, XI. 3, XVI. 3,) Arnemanni (Vol. I. 1. 3.) et Loderi (Vol. I.) prostant.

---

## M E M O R I A

O. S W A R T Z I I, A. C. N. C. Socii.

S C R I P S I T

C U R T I U S S P R E N G E L, Dr., A. C. N. C. Soc.

Quod Croeso scribit praeceptum a Solone Herodotus, beatam vitam expectare ultimum aetatis tempus, neque quemquam, antequam e vita discesserit, dici beatum posse, id omnino in Swartzium nostrum cadere mihi videtur. Siquidem prosperitas complectitur tum earum rerum copiam, quas fortuna largitur ad bene beateque vivendum, corporis nimirum mentisque sanitatem, opulentiam etiam, seu saltem egestatis absentiam, tum ea, quae in potestate hominum sita sunt, virtutum omnium concentum, animi candorem, scientiam amplam, suavitatem morum, tranquillitatem mentis, hominum omnium, quibuscum versamur, amorem, simultatum invidiaeque absentiam, domesticae demum vitae felicitatem et innocentiam. His omnibus cum Swartzius vel abundaverit, vel non caruerit, bene beateque vixisse exploratum habemus. Namque mediocri loco eoque honesto natus, a parentibus solerter educatus, opibus nunquam indiguit ad scientiam augendam, itinera suscipienda, suppellectilem literariam acquirendam. Sanitate gavisus est stabili prosperaque ad ultimos usque aetatis annos. Morum suavitas et innocentia in eo ea fuit, ut amore sincero omnes fere homines amplecteretur, ut nemo ipsi invidus esset, ut a nemine laederetur, neminem unquam offenderet.

Patriae amor tantus, ut honestissima recusaret munera, ab exteris ipsi oblata, tametsi stipendiis minus, quam honoribus et existimatione

omnium civium suorum iuvatus fuerit. Doctrinae et scientiae ea fuit copia, ut princeps fere rei herbariae in patria sua cum Thunbergio haberetur. Domesticam vitam, quantum scimus, tranquillam gessit et prosperam, quanquam uxor dilecta duodeviginti annis ante ipsius obitum erepta fuerit. His omnibus accessit mors tempestitiva, si gloriae satietatem seniique decrepiti adversitatem adspexeris, utique praematura, si consilium ad amicorum desiderium, atque ad suorum amorem transtuleris. Itaque beate beneque vixisse Swartzium, laetamur, haud lugemus. Sed ordine procedendum, protinus vita enarranda, dein vero de iis praeci- piendum, quae mansura sunt, perpetuis scientiae monumentis.

Natus est OLAUS SWARTZIUS Norcopiae, quae urbs provin- ciae Gothicae orientalis satis florens est artium mechanicarum, et fabrica- rum sedes. Pater Olaus, fabricarum possessor, e coniuge, nata Bro- bergia, nobili femina, suscepit filium anno 1760 die 21. Sept. Ad bonas artes eruditum iuvenem, eo ipso anno, quo Linnaeus ad superos migravit, (1778,) Upsaliam, doctrinarum amplissimam in Suecia magistram sedemque, misit, ut ibi, quam sibi delegerat, historiae naturalis disci- plina uberius instrueretur. In demortui patris Linnaei locum suffectus filius provinciam docendae historiae naturalis administrabat. Eo magistro, qui adsidua conflictabatur adversa valetudine, noster usus, protinus sensit, igniculos studii mox extinctum iri, ni ferias, quas per aestatem fere totam in ea Musarum sede agunt, in usum scientiae suae converte- ret. Itaque per aestates annorum 1779 — 1782 itinera utilissima sus- cepit per provincias patriae, ut divitias naturales cognosceret. Peragra- vit provincias, sinui botnico ab occidente conterminas, ipsamque Lappo- niam ad Luleam usque, Finlandiam, insulas denique Alandiam Gotlandiamque. His itineribus cum amplissimam sibi plantarum pa- triarum notitiam comparavisset, auctam adiutamque studio hiberno, con- fecto quinquennio academico, iuvenis, annum agens vicessimum tertium, ut uberiores nancisceretur cognitionem, aptissimum putavit iter in dissi- tas orbis regiones. Tropicarum divitiarum desiderio flagrans, postquam praeside Linnaeo filio a. 1781 dissertationem de methodo muscorum defenderat (Linn. amoen. acad. vol. 10. app. p. 69.), Gentianae pul-

chellae historiam illustraverat (*Vetensk. acad. Handl.* 1783 p. 88), specimine etiam inaugurali cum facultate medica communicato, aestate a. 1785 e patria discessit, ut primum Americam septentrionalem, anno vero sequenti Iamaicam peteret. Cum in hac insula per annum, et quod excurrit, moraretur, Doctoris Medicinae gradum a patria universitate absens impetravit. Iter, quod suis ipsius impensis susceperat, continuavit per Hispaniolam, insulasque plures Indiae occidentalis usque ad oras Americae meridionalis: ubique praeter plantas phanerogamicas etiam filices, muscos, lichenes ea copia, diligentia et sagacitate con-gessit, ut cum Sloaneo, Plumerio et Aubletio comparari posset. Tandem anno 1786 Kingstonium, Iamaicae emporium reversus, oblato ipsi Botanici Regii in ea insula munere propter patriae amorem recusato, navem conscendit, Angliam aditurus.

Emenso prosperrime eo itinere, Londini per annum, et quod super-est, vitam degit, qualis naturae scrutatorem in ditissima illa urbe, the-saurorum naturalium custode, decet. Banksii venerandi consortio dig-natus, indefessa industria in usus suos et doctrinae convertit, quaecunque videre et examinare in immensis naturalium rerum gazis liberalem ipsi Banksius praeberet occasionem. Quibus instructus, haud satiatum divitiis, demum anno 1789 in patriam redux, ab Academia Holmensi statim in sodalitium receptus, pristinas per patriam migrationes iterum suscepit, peragratis eo anno sequentique provinciis borealibus, alpibus norvegicis, ipsiusque Lapponiae parte. Anno 1790 primum Academiae patriae praesidium suscepit; anno 1791 Professoris munus in Bergiano instituto. Eodem fere tempore in matrimonium duxit nobilem honestamque virginem, Doctoris Berghii, Upsaliensis, filiam, quae vero dilectissima con-iux cum 1800 diem obiret supremum, filium filiamque patri reliquit.

Noster interea solatium in doctrina et herbarum dilectarum studio quaerere; stationem honorificam, quae, Lepechinio defuncto, ipsi in Academia Petropolitana offerretur, recusare, omnemque vitam in patriae gloriam usumque impendere. Nec ingrata fuit patria. Eques Noster et Wasae ordinis et Stellae polaris nominatus: anno etiam



1813 Professoris provincia in Instituto Caroliniano ipsi delegata fuit. Ab epistolis Academiae fuit ex anno 1811 inde. His honoribus decoratus, iis laboribus occupatus, consenuit, donec febre nervosa 1817 mense Septembri correptus, ad superos vocaretur.

Discessit e vita, aestimatus ab omnibus, qui doctrinam in pretio habent, amatus a quocunque, qui virtuti studet, desideratus ab optimo quoque et cive et extero. „Quicquid e Swartzio amavimus, quicquid mirati sumus, manet, mansurumque est in animis hominum in aeternitate temporum, fama rerum.“

Merita ipsius tot tantaque sunt in re praesertim herbaria melius cognoscenda, ut brevibus ea expedire haud possimus. Primum enim et praecipuum decus botanici viri, uberrima variarum formarum in regno vegetabili cognitio, examine solertissimo et assiduo acquirenda, tantopere in Swartzio effulsit, ut neminem ipsi anteponeere possimus.

Orchidearum familiam, ad eius usque tempus fere derelictam, egregie illustravit, nova genera condidit, certis stabilibusque characteribus ornata, novasque plurimas species addidit. (De Epidendri genere, *Schrad. Journ.* 1799. 2. p. 202. De reliquis generibus, *Act. soc. Upsal.* 6. 59. *Vetensk. acad. Handl.* 1800. 2. p. 202. *Schrad. neues Journ.* 1. 1.) Eius conatibus et illustrationibus usi, deinde R. Brownius et Cl. Richardus novam huic familiae lucem attulere. Quis eo melius et perspicacius Phyllachnes (*Schrad. Journ.* 1799. 1. 275. *Ann. of bot.* 1. 286.), Forsterae (ibid. 291), Ehrhartae (*Transact. of the Lin. Soc.* 6. 40.), Stylidii (*Berl. Magaz.* 1. 47., 5. 89.), Linconiae (ib. 4. 85., 5. 285.), Ochromae (*Vetensk. acad. Handl.* 1792. 144.); Stylosanthis (ib. 1789. 295.), Solandrae (ib. 1787. 500.), Chloranthi (*Philos. Transact.* 77. 559.), pluriumque aliorum generum characteres et species evolvit ac illustravit? In novis generibus condendis cautus fuit, alienus a novatorum pruritu, quantulamcunque notam differentem, tanquam novi generis characterem, introducentium. Firmis principiis nisus, quos vere ac essentia diversos vidit characteres, eos stabiles pronunciavit, ut nunquam postea genera, ab ipso stabilita, concuterentur.

Genera plantarum phanerogamicarum, a Swartzio formata, sunt, quae sequuntur: Acidoton, Ardisia, Brosimum, Bumelia, Calyptranthes, Cephaëlis, Chloranthus, Chloris, Coccocypselum, Corycium, Cranichis, Cymbidium, Dendrobium, Diplodium, Disperis, Ernodea, Epistylum, Hedyosmon, Hedwigia, Hoffmannia, Hypelate, Labatia, Lacistema, Legnotis, Leptanthes, Linociera, Lithophila, Meriana, Meyera, Microtea, Myrodia, Ochroma, Oncidium, Petaloma, Picramnia, Pterygodium, Rochefortia, Solandra, Stelis, Stylium, Stylosanthes, Tanaëcium, Thrinax, Tetranthus, Tricera, Trixis, Valentinia, Vanilla, Wallenia. Ingentes herbarum thesauros, quos, in India occidentali collectos, examinerat, primum descripsit in Novis generibus et speciebus plantarum, seu prodromo descriptionum vegetabilium, quae sub itinere in Indiam occidentalem 1783 — 1787 digessit. Holm. 1788, post in Observationibus botanicis, Erlang. 1791, denique in eximio opere: Flora Indiae occidentalis, Vol. 1 — 5, Erl. 1797 — 1806.

Generibus et speciebus innumeris plantarum novis extricandis, characteribus genuinis elaborandis, emendandis, synonymis acutissime eruendis, descriptionibus eximiis addendis operam eam indefessam impendit, ut et icones saepe adderet, a se ipso delineatas, easque egregias, cum artem delineandi satis calleret.

Icones quoque, in Botanico suecico (*Svensk botanik*) a Palmstruchio et Billbergio editas, adumbrationibus, vernacula sua lingua scriptis, optime explicuit: in tomis saltem quinto, sexto, septimo et octavo. In descriptionibus plantarum rarum exhibuit exemplar acutissimi examinis citra prolixitatem, fastidium gignentem, loquelae etiam purae, terminis technicis suetis contentae.

Nec in phanerogamicis plantis acquievit sedulitas Swartzii, sed cryptogamicas magnopere adamans, primus fere inter cives suos pe-

nitiori examini haec vegetabilia subiecit. Namque neglectos a Linnaeo maleque definitos Muscos Noster iam a. 1781, cum adhuc scholas Linnaei filii frequentaret, in genera dispescere, novosque characteres evolvere studuit. In quo quidem tentamine Hedwigii observationes secutus, abfuit omnino a vera systematicaque cognitione, quam postea sibi comparavit, sed addidit graves eas et amoenas Novitias cryptogamicas, in quibus *Splachnum sphaericum*, ab ipso in Lapponia Lulensi lectum, *Splachnum angustatum*, *Polytrichum convolutum*, multique alii Musci ipsique Lichenes tropici prima vice fulgent. Eos muscos, a se primum in patria repertos, cum iam in India occidentali degeret, in *Nov. act. Ups.* vol. 4. p. 259. sq. iterum descripsit. Dein systematicam Muscorum-Suecicorum dispositionem actis Academiae (*Vetensk. acad. Handl.* 1795 p. 225. sq.) inseruit, uberiusque postea cum bellis iconibus novarum specierum edidit Erlang. 1799. 8. In ea dispositione, atque in enumerandis Indiae occidentalis muscis luculenter probavit et sagacitatem et temperantiam, quarum utraque botanicum decet.

Etenim Hedwigii utique magni faciens inventa, neququam tamen genera omnia recepit, quae ille nimio artificio diremerat, sed coniunxit e. g. *Dicranum* cum *Fissidente*, *Swartziam* cum *Didymodonte*, *Tortulam* cum *Barbula*, *Bryum* cum *Webera*. Nova autem deinde muscorum genera stabilivit: *Conostomum* (*Schrad. neues Journ.* 1. 2. 24.) *Cinclidium* (*Schrad. Journ.* 1801. 1. 25.), *Calymperes* denique, quod *Weberus* in *Tabula muscorum*, Kilon. 1813., evulgavit.

*Filicum* cognitionem penitiorum solidioremque praeprimis *Swartzio* debemus. Cum reversus esset e magno itinere, *Smithii* observationibus fretus, *Vittariae* genus illustravit (*Neue Schriften der berl. Gesellsch. naturf. Freunde* 2. 129.) — Novam eius familiae dispositionem systematicam elaboravit (*Schrad. Journ.* 1800. 2., 1801. 2. 275.), in qua praeter innumeras novas species genera etiam sua, *Lygodium*, *Psilotum*, *Botrychium*, *Grammitidem* primum evulgavit. *Synopsi* dein *Filicum*, Kilon 1806. editam, merito miramur, ob accuratissimas specierum octingentarum fere notas, rariorum

adumbrationem uberrimam iconesque nitidas. Accedunt nova genera: *Anemia*, *Mohria*, *Cheilanthes*. Denique et ultimo labore in *Filicibus brasiliensibus*, a Freyreissio collectis, inclaruit (*Vetensk. acad. Handl.* 1817. p. 53.)

Nec abfuit Swartzius a studio vel *Lichenum*, vel *Fungorum* etiam. Illos in *Flora Indiae occidentalis*, et in *Fasciculo Lichenum americanorum*, Erlang. 1811, hos, maxime patrios, in *Actis Academiae Holmiensis* (*Vetensk. acad. Handl.* 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1815.) descripsit; addidit etiam novum genus: *Verpam* (ib. 1815. 129.)

*Animalium* studium, quamquam postponeret rei herbariae, haud tamen plane neglexit. *Myxines* (*Vetensk. acad. Handl.* 1790 p. 114.), *Termitis albi* (ib. 1792 p. 228.), *Medusarum* (ib. 1788 p. 198., 1791 p. 188.), *Pulicis penetrantis* (ib. 1788 p. 40.), *Copiceri*, novi generis insectorum (ib. 1802 p. 270.), historiam illustravit, novas species insectorum *Schönherrii* *Synonymiae insectorum* P. 2 et 5. inseruit. Quinetiam descriptiones animalium addidit iconibus, quas *Palmstruchius* cum *Billbergio* edidit. (*Svensk Zoologi*).

Quae opera, quamquam summum naturae scrutatorem, inprimis botanicum et eruditissimum et sagacissimum produnt, earum tamen quoque artium Swartzius amantissimus fuit, quae usum doctrinarum complectuntur, atque emolumenta rei publicae iuxta atque domesticae. Hortorum culturae maxime deditus, reliquit praelectiones in hanc rem, manu scriptas; textum quoque conscripsit operis periodici suecici, hortorum culturam promoturi (*Magazin för Blomster-älskare och Idkare af Trädgårds skötselen, utgifvet af Pfeiffer, Venus och Ruckmann* 1806, 12 *Häftn.*) Varios denique commentarios de morbis plantarum ac de utilibus herbis alii operi periodico inseruit, quorum nonnullos e germanico gallicoque idiomate interpretatus est. (*Landtbruks Acad. Annaler.* 1814. 1815. 1816.)

Liberalitatem optimi viri, ab omni livore alienissimam, celebrant omnes, quibuscum ipsi commercium fuit literarium; eadem humanitate misit ad amicos plantas rarissimas ac commentaria eximia, a se scripta.

Horum alia, species muscorum continentia, latent apud Weberum, Kiloniensem, alia de novis muscis in Schraderi, Gottinensis, alia denique, lichenes americanos illustrantia, in Sturmii Noribergensis, scriniis.

In honorem summi viri Schreberus primus Tounateam Aubletii dixit, quam cum a Possira eiusdem Aubletii diversam crederet, hanc Ritterae nomine insignivit. At Vahllo monente, utrumque genus idem esse, Willdenowius retinuit SWARTZIAE nomen. Est autem arborum genus in America meridionali, ad Polyandriam pertinens, sed cuius adfinitas etiamnum obscura est, ni forte, Dimorphae Schreb. et Cycladi vicinum, Leguminosis accensendum sit. Muscorum genus, quod Hedwigijs Swartziam dixerat, ipse dein Cynontodii nomine insignivit.

---

## D O N A,

a fautoribus Academiae inde a nono Actorum volumine edito collata.

**P**raeter ea, quae tum Serenissimi Principis ab Hardenberg, Academiae Summi Protectoris, tum Ministerii Regii Borussici et inprimis Liberi Baronis de Stein ab Altenstein, illustrissimi Viri, bene erga Academiam facta pio gratoque iam animo extulimus, vel prorsus, quod recentiora istis evenerint et proxima fere futurorum praesagia, servare debuimus sequenti, quod iam paratur, Actorum Volumini, alia nobis ab Aliis munera data sunt, et ea per se quidem iam satis ampla atque magnifica, multo magis tamen Fautorum dignitate, Collegarum in communes usus proclivitate, Amicorum spectata virtute commendabilia maxime summisque nostris gratis persequenda.

Qui Viri praestantissimi argentum suum dedere, eorum sola Nomina adscribimus, mittimus argenti pondus et numerum; haec enim, etsi ad res graviores peragendas maxime sint necessaria, tamen et in ipsa eruditorum egestate, qua nondum desiit laborare Germanica virtus, apud nos non pondere magis, quam gravitate Virorum claraque fama et animi candore aestimantur. — Librorum vero cum alia sit conditio valeantque in his verba, quibus inscribuntur, recensum eorum, qui Bibliothecae nostrae dono accesserunt, paulo verbosiorum reddi, necesse est.

A. Pecunias in usus Academiae contulere, qui sequuntur:

LUDOVICUS, Serenissimus ac Potentissimus Magnus Dux Hassiae.  
 Dr. G. G. DETHARDING, Med. Chir. et Art. Obstetr. Pract. Rostochiensis.  
 Dr. E. G. Martius, Pharmacop. Aul. Erl.

- Dr. E. G. Küttlinger, Pot. Reg. Bav. a cons. med. et phys. Erlangensis.
- Dr. C. F. Schultz, Ser. et Pot. Magn. Duc. Megap. Strelitz. a cons. aul., phys. Neobrandenb.
- Dr. R. Steinmig, Ser. et Pot. Magn. Duc. Bad. a cons. med., phys. Werthemensis.
- Dr. I. I. Günther, Ser. Duc. Nassov. a cons. med., Coloniensis.
- Dr. A. Buchner, Prof. Landishutensis.
- Dr. B. Merrem, Prof. Marpurgensis.
- Liber Baro a Schlechtendal, Circ. Paderborn. supr. cur. iudic. Praes. Reg.
- Dr. Aem. Osann, Prof. Berolinensis.
- Dr. L. I. C. Mende, Prof. Gryphiswaldensis.
- Dr. G. F. W. Meyer, Aug. et Potentiss. Magn. Britt. Reg. a consil. oecon., Gottingensis.

B. Qui corpora naturalia Museo tribuerunt, sunt:

- Dr. G. Th. Tilesius, Sacr. Imper. Russ. Maiest. a cons. aul., misit res multas rariores et curiosas, quas e terrae circumnavigatione retulit.
- Dr. C. L. Blume, Coll. Reg. Iavan. Adiunct., Muscorum et Filicum novas species, in Montibus coeruleis Iavae insulae ab ipso collectas, transmisit, quas in proximo volumine descriptionibus et figuris illustrabimus.
- Dr. A. Weihe, Physicus Mennighuffensis, Petrefacta collis margacei, *Doberg* dicti, qui inter *Bünde* et *Hiddenhausen*, Principatus Mindensis, situs est, erudite observavit et seriem eorum memorabilem, a se comparatam, obtulit Academiae.

C. Libris, qui sequuntur,

Bibliothecam auxerunt.

*Denkschriften der Königl. Bair. Akademie der Wissenschaften zu München, ab a 1808 VII Voll.*

Academia Regia Monacensis.

*Svensk Botanik af I. G. Billberg, med Text af O. Swartz. Vol. XVIII. (Nr. 85—96.)*

C. Friesii Systema mycologicum. Vol. I. Lund, 1821.

Academia Regia Holmiensis.

\*\*\*\*\*

- Annales Academiae Lugduno-Batavae 1820.  
*Verhandlungen der Gesellsch. naturf. Freunde zu Berlin, Bd. I. St. 1. 2. Berl. 1819. 1820.*  
*Neue Annalen der Wetteranischen Gesellschaft für die gesammte Naturkunde, Bd. I. Heft 1. 2. Frankf. a. M. 1818 — 19.*  
*Auswahl aus den Schriften der unter Werners Mitwirkung gestifteten Gesellsch. f. Mineralogie zu Dresden, Vol. 1. 2. Leipz. 1818 — 1819.*
- C. A. Agardh, *Icones Algarum ineditae.* Fasc. I. Lund. 1820.
- G. Bakker, *Icon pelvis femineae etc. c. descript.* Groning. 1816.
- — *H. Wolthers en P. Hendriksz, Bydragen van het Animalisch Magnetismus, Stuk 1. 2. Groning, 1814 — 18.*
- — *Oratio de iis, quae artis obstetriciae utilitatem augere possunt etc.* 1811.
- — *Redevoering over de Betrekkingen tuschen de natuurlyke Geschiedenis der Dieren etc.* 1808.
- — *Redevoering over het Verschil van des Menschen Karakter etc.* Groning. 1816.
- — *Onderzoek van het oorspronkelyken Stam van het menschelyk Geslacht.* 1810.
- Schroeder van der Kolk, *Commentat. de sanguinis vase effluentis coagulatione.* Gron. 1820.
- — *Dissert. sist. sanguinis coagulantis historiam.* Groning. 1820.
- G. van Kersbergen, *Diss. exhib. histor. paralyseos singularis.* Groning. 1819.
- C. A. Overduyn, *Diss. de Syphilitide infantum.* 1819.
- E. I. Th. a Thuessink, *Oratio de ancipiti medicorum fama medenda.* 1810.
- Ph. A. Bayer, über Trichiasis und Enthropium, nebst Beschri. einer verb. Augenliedzange.* Nürnberg. 1816.
- Universitas Batavo-Lugdunensis.  
 Societas amicor. nat. scrut. Berolinensis.  
 Societas naturae scrut. Wette-  
 ravica.  
 Societas mineralogica Dresdensis.
- Auctor.
- Auctor.
- D.G. Bakker, Prof. Groningensis.
- Auctor.



- Rothstein u. Bertuch, Magaz. f. d. Teutschen Flachs- und Hanfbau, Hft 1. Weimar 1819.*
- C. W. F. Putsche, Versuch einer Monographie der Kartoffeln, herausgeg. von F. J. Bertuch. Weimar 1819.*
- A. W. Dennstedt, Schlüssel zum Hortus Indicus Malabaricus. Weimar 1818.*
- I. Ch. Reil, Erkenntniss und Kur der Fieber, 5ter Band. Halle 1815.*
- G. Bremser, üb. leb. Würmer im lebenden Menschen. Wien 1819.*
- G. G. Detharding, Diss. de Syphilide neonatorum. Rostoch. 1819.*
- Acta saecularia Academiae Groninganae. Gron. 1814.*
- I. C. Driessen, Diss. de Auro fulminante. Groning. 1814. (dupl.)*
- — Diss. de Phosphuria et Diabete melilito. 1819. (dupl.)*
- P. Erman, Umrisse zu den physischen Verhältnissen des elektro-chemischen Magnetismus. Berlin 1821.*
- — Ueber eine eigenth. recipr. Wirkung der zwei entgegenges. elektr. Thätigkeiten. Berlin 1820.*
- — Ob polarisirte Strahlen eine Glasfläche durch Absorption mehr erwärmen, als nicht polarisirte. Berlin 1820.*
- — Ueber Temperatur des Bodens in der Gegend von Berlin. Berl. 1820.*
- E. G. Fischer, Lehrb. der mechanischen Naturlehre, 2te Aufl. Berl. 1819.*
- I. Ch. Reil, über Erkenntniss u. Cur. der Fieber, Bd. I. — IV. Halle 1799 — 1802.*
- Philosophical Transactions, Vol. LIV. — LVI. 1764 — 66, reprinted Wittenberg 1774 — 76.*
- G. Ch. Reich, Magazin des Thierreichs, I. Bd. Erlangen 1793.*

Dr. F. I. Bertuch, Ser. et Pot. Magn. Duc. Saxo-Vin. a cons. aul.

Dr. E. Bischoff, Prof. Bonnensis.

Auctor.

Auctor.

Dr. I. C. Driessen, Prof. Groningensis.

Auctor.

Auctor.

Dr. A. Goldfuss, Prof. Bonnensis.

- — *Magazin des Pflanzenreichs, I. Bd.*  
Erlangen 1793 — 94.
- C. L. Willdenow, Grundriss der Kräuterkunde, 3te Aufl. Berlin 1804.*
- F. A. Marcus, Entwurf einer speciellen Therapie. Nürnberg. 1807.*
- I. de Gorter, Medicina Hippocratica. Patav. 1753.*
- Is. Newton, Optice, ed. Clarke. Lausann. 1780.*
- Faujas de St. Fond, Expériences de la machine aërostatique de Mr. de Montgolfier. Paris 1784.*
- C. F. Hagenbach, Flore Basileensis. Vol. I. Basil. 1821.*
- I. Hill, the Construction of Timber. Lond. 1770. Fol.*
- F. C. Hesselbach, Unters. über den Ursprung und das Fortschreiten der Leisten- und Schenkelbrüche. Würzb. 1815.*
- I. I. I. Hoffmann, Geometrische Anschauungslehre, 2te Aufl. Mainz 1818.*
- — *Geometr. Wissenschaftslehre, 2te Aufl. Mainz 1819.*
- — *Stereometrische Anschauungs- u. Wissenschaftslehre. Mainz 1820.*
- K. W. G. Kastner, Vergleichende Uebersicht des Systems der Chemie, I. Th. 1. Abtheil. Halle 1821.*
- D. G. Kieser, Elemente der Phytonomie, I. Th. Phytotomie. Iena 1815.*
- F. L. Kreysig, die Krankheiten des Herzens. Th. I. — III. (Bd. I. — IV.) Berlin 1814 — 1817.*
- H. Kuhl, die deutschen Fledermäuse. Hanau 1817.*
- Schr. van der Kolk, Diss. syst. sanguinis coagulantibus histor. Groning. 1820.*
- C. Wichters, Dissert. de Somno. Groning. 1820.*

Dr. A. Goldfuss, Prof. Bonnensis.

Dr. I. I. Günther, Ser. Duc. Nassov. a cons. med.

Dr. C. F. Hagenbach, Prof. Basileensis.

Auctor.

Auctor.

Opus, Academiae nostrae ab auctore nuncupatum.

Auctor.

Auctor.

Auctor.

Dr. H. Kuhl, Hanoviensis.

- I. C. van Hasselt, Diss. exhib. Observ. de metamorph. quarund. part. Ranae temporariae. Gron. 1820. Dr.H. Kuhl, Hanoviensis.
- I. R. Lichtenstaedt, *Erfahrungen im Gebiete des Lebens-Magnetismus*. Berlin 1819. Auctor.
- I. Lindley, *Monographia generis Digitalis*. Lond. 1820. } Auctor.
- — *Collectanea botanica*. Fasc. I. — V. ib. } Auctor.
- L. I. C. Mende, *Ausführl. Handbuch der gerichtl. Medizin, I. Th.* Leipz. 1819. } Auctor.
- — *die Medizin in ihrem Verhältn. zur Schule, zu den Kranken und zum Staate*. Greifswalde. 1820. } Auctor.
- Bl. Merrem, *Versuch eines Systems der Amphibien*. Marburg 1820. Auctor.
- G. F. W. Meyer, *Primitiae Florae Essequeboënsis*. Gotting. 1818. Auctor.
- Th. Fr. Nees ab Esenbeck, *Radix plantar. mycetoidear.* Bonn. 1820. Auctor.
- I. Noeggerath, *fortgesetzte Bemerkungen über fossile Baumstämme u. a. Vegetabilien*. Bonn 1821. Auctor.
- K. W. Nose, *historische Symbola, die Basalt-Genese betreffend*. Bonn 1821. Auctor.
- Chr. Pander, Diss. sist. histor. metamorphoseos ovi incubati. Wirceb. 1817. } Auctor.
- — *Beiträge zur Entwicklungsgeschichte des Hühnchens im Eye*. Würzb. 1817. } Auctor.
- A. Rau, *Enumerat. Rosarum, circa Wirceburg. sponte cresc.* Norimb. 1816. Auctor.
- A. Richard (fils), *Monographie du genre Hydrocotyle*. Bruxelles 1820. Auctor.
- K. A. Rudolphi, *Grundriss der Physiologie Iter Bd.* Berlin 1821. } Auctor.
- — *Entozoorum synopsis*. Berol. 1819. } Auctor.
- L. Rumpf, *über Naturwissenschaft u. naturwissenschaftl. Systeme*. Bamberg 1820. Auctor.
- C. F. Schultz, *Prodromus Florae Stargarciensis*. Berol. 1806. Auctor.]

- C. F. Schultz, Prodrömi Florae Stargard. Supplement. prim. Neobrandenburgi 1819. Auctor.
- F. Schumacher, Beiträge zur Nosogenie u. Nosologie der Ruhr. Frankf. a. M. 1813. Auctor.
- Caspar Graf von Sternberg, Reise durch Tyrol in die Oesterreich. Provinzen Italiens. Regensb. 1806. } Auctor.
- — Versuch einer geognostisch-botanischen Darstellung der Flora der Vorwelt. I. Hest. Prag 1820. Fol. } Auctor.
- G. W. Stein, der Unterschied zwischen Mensch u. Thier im Gebären. Bonn 1819. Auctor.
- H. Kuhl et Th. v. Swinderen, Buffoni et Daubentoni figurarum avium color. nomina systematica. Groning. 1820. Auctores.
- Fr. E. R. Tenzel, Nomenclator systematicus in Plucquenetii Phytographiam. Erlangae 1819. Auctor.
- W. G. Tilesius, naturhistor. Früchte der Kaiserl. Russ. Erdumseglung. St. Petersb. 1813. Auctor.
- L. Trattinnick, Oesterreichischer Blumenkranz. Wien 1819. } Auctor.
- — Ein Schritt vorwärts in unseren Ansichten der Natur. Regensb. 1821. } Auctor.
- — Botanisches Taschenbuch. Wien 1821. } Auctor.
- — Thesaurus Botanicus. Viennae 1819. fol. (Apogr. duo.) } Auctor b.
- I. K. W. Voigt, Geschichte des Ilmenaischen Bergbaues. Sondershausen u. Nordhausen 1821. Auctor b.
- I. B. Morandi, Histor. botanica practica, s. Plantar. medic. nomencl., descr. etc. Mediolan. 1761. } Dr. I. Weber, Prosector in th. anat. Bonnensi.
- A. P. de Candolle, Theoret. Anfangsgründe der Botanik, übers. von Römer, Th. I. II. Zürich 1814—15. } Dr. I. Weber, Prosector in th. anat. Bonnensi.
- I. C. von Yelin, über Magnetismus u. Electricität, als identische und Urkräfte. München 1818. } Auctor.
- — Versuche und Beobacht. zur nähern Kenntniß der Zambonischen trockenen Säule. München 1820. } Auctor.

*H. KUHL*, Ph. Dr. Ac. C. L. C. N. C. S.

## CONSPECTUS PSITTACORUM.

Cum specierum definitionibus, novarum descriptionibus, synonymis et circa patriam singularum naturalem adversariis, adjecto indice museorum, ubi earum artificiosae exuviae servantur.

Cum Tabulis III. aeneis pictis.

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

CONFIDENTIAL

---

*Familia:* PSITTACINI.

**R**ostrum undique convexum, deflexum, plerumque crassum, validum. Maxilla adunca, cerigera. Nares rotundae, ceromati impositae prope maxillae basin. Pedes scansorii. Digiti antici fissi, externi internis longiores. Lingua crassa, rotundata, mollis. — Larynx inferior musculorum paribus tribus instructus. — Maxilla et mandibula musculis numerosioribus, quam illae reliquarum avium, moventur. — Tractus intestinalis longus, coeca nulla. Diverticula in Ps. aestivo bis observavi. — Hepar mediocre, lobis duobus fere aequalibus. — Lien parvus, rotundus. — Cor apice rotundatum, mediocre.

Fructibus vescuntur; zonam torridam incolunt, neque in Insulis Canariis reperiuntur secundum clar. Humboldt voyage I. pag. 145; scandunt rostri pedumque auxilio. Eorum vox dura est. — Sensiles maxime sunt inter aves, sicuti *simiae* inter mammalia.

*Genus:* PSITTACVS.

Sectio I. ARA. Cauda corpore longior, valde gradata, acuta.

Rostrum validissimum.

Facies nuda, aut lineis plumatis striata.

Americae meridionalis incolae, nec gregatim vivunt, sed per paria consociati. — Species minores sectioni secundae, Conurorum, accedunt. — Psittacus aterrimus et Goliath facie nuda rostroque robusto instructi sunt, at cauda quadrata cristaque occipitali sectioni Kakatoë sunt proximi. Species ergo intermediae sunt inter primam et quintam sectionem.

Species A. C O L O R E c o c c i n e o.

1. P. macao *L.*
2. — aracanga *L.*
3. — tricolor *Vaill.*

B. C O L O R E c o e r u l e o.

4. — hyacinthinus *Lath.*
5. — ararauna *L.*

C. C O L O R E v i r i d i.

6. — ambiguus *Bechst.*
7. — militaris *L.*
8. — severus *L.*
9. — makawuanna *Gm. L.*
10. — Illigeri *Temm. et Kuhl.*

Sectio II. C O N U R V S. *Perruche Vaill.* Cauda corpore longior vel aequalis vel etiam aliquanto brevior, acuta, gradata, nec quadrata.

Rostrum mediocre.

Facies plumata, in subdivisione prima periophthalmiae nuda.

Zonae torridae totius orbis incolae.



Dividi possunt in subdivisiones quatuor, a Vaillantio institutas:

1. *Perruche Ara Vaill.* Periophthalmiis nudis.
2. *Perruche à queue en flèche Vaill.* Sagittifer. Rectricibus 2 intermediis longissimis, periophthalmiis plumatis.
3. *Perruche proprement dit Vaill.* Cauda elongata, gradata, periophthalmiis plumatis.
4. *Perruche à queue large Vaill.* Cauda elongata, versus apicem dilatata.

Transitum a sectione secunda ad quartam exhibet tertia nostra, quae species minores amplectitur. Tales etiam sunt species intermediae *Psittacus rasa*, *niger* et *macrorhynchus*, cauda corporis longitudine, rotundata.

## A. AMERICANI.

### I. Subdivisio.

- Perruche Ara.* a) majores. 11. *P. guianensis L.*  
 12. — *auricapillus Lichtenst.*  
 13. — *squamosus Lath.*  
 14. — *vittatus Shaw.*  
 15. — *leucotis Lichtenst.*  
 16. — *versicolor Lath.*

### III. Subdivisio.

- Perruche.* 17. — *guaruba Marcg.*  
 18. — *carolinensis Gm. L.*  
 19. — *ludovicianus L.*  
 20. — *pertinax L.*  
 21. — *aureus Gm. L.*  
 22. — *canicularis Gm. L.*  
 23. — *aeruginosus L.*  
 24. — *viridissimus Temm. et Kuhl.*  
 25. — *rufirostris L.*  
 26. — *buccalis Bechst.*

- b) *mediocres* 27. *P. virescens Gm. L.*  
28. — *sosove Gm. L.*

## B. AFRICANI.

I. *Subdivisio.**Perruche Ara.*

29. —
- solstitialis L.*

III. *Subdivisio.**Perruche.*

30. —
- murinus Gm. L.*

IV. *Subdivisio.**P. à queue large.*

31. —
- niger L.*

32. —
- rasa Shaw.*

33. —
- mascarinus L.*

## C. ASIATICI.

II. *Subdivisio.**P. à queue en flèche.*

34. —
- torquatus Briss.*
- {
- asiaticus*
- 
- et africanus.*

35. —
- alexandri L.*

36. —
- annulatus Bechst.*

37. —
- erythrocephalus L.*

38. —
- barbatulatus Bechst.*

39. —
- benghalensis.*

40. —
- papuensis Gm. L.*

III. *Subdivisio.**Perruche.*

- a)
- virides*
41. —
- pondicerianus L.*

42. —
- xanthosomus Bechst.*

43. —
- haematopus L.*

44. —
- capistratus Bechst.*

45. —
- ornatus L.*

46. —
- Lichtensteini Bechst.*

47. —
- lunatus Bechst.*

48. —
- marginatus Gm. L.*

Transitum format a subdivisione III.  
ad sectionem Psittacorum IV.

49. —
- macrorhynchus Gm. L.*

b) *rubri, sic dicti Lori.*

Transitum format ad subdivisionem  
sequentem a sectione IV.

III. *Subdivisio.*

*Perruche Lori.*

50. *P. grandis Gm. L.*

51. — *ruber Gm. L.*

52. — *unicolor Vaill.*

53. — *guebiensis Gm. L.*

54. — *incarnatus Gm. L.*

55. — *borneus L.*

56. — *domicella Gm. L.*

57. — *Lori L.*

58. — *garrulus L.*

59. — *cyanurus Shaw.*

60. — *coccineus Briss.*

61. — *riciniatus Bechst.*

62. — *novae Guineae L.*

D. **AVSTRALES.**

III. *Subdivisio.*

*Perruche.*

a) **Platuri**, rectricibus 2 intermediis longioribus et harum partis productae scapis nudis.

63. — *platurus Temm. et Kuhl.*

b) **Pezopori**, tarsi elevatis, falculis teretiusculis. Rostro breviori convexiusculo parum deflexo, corpore viridi gracili, cauda longa.

64. — *formosus Lath.*

65. — *novae Zeelandiae Lath.*

66. — *ulietanus Lath.*

67. — *erythronotus mihi.*

68. — *cornutus Gm. L.*

69. — *auriceps mihi.*

## c) Perruche ordinaire.

70. *P. concinnus* *Shaw.*  
 71. — *pusillus* *Lath.*  
 72. — *humeralis* *Bechst.*  
 73. — *discolor* *Lath.*  
 74. — *australis* *Brown.*  
 75. — *chlorolepidotus mihi.*  
 76. — *undulatus* *Shaw.*  
 77. — *ultramarinus mihi.*  
 78. — *chrysostomus mihi.*  
 79. — *pulchellus* *Shaw.*  
 80. — *zonarius* *Shaw.*  
 81. — *palmarum* *Lath.*

IV. *Subdivisio.**Perr. à large queue.*

82. — *spurius mihi.*  
 83. — *venustus* *Brown.*  
 84. — *cyanomelas mihi.*  
 85. — *erythropterus* *Lath.*  
 86. — *Icterotis* *Temm. et Kuhl.*  
 87. — *eximius* *Lath.*  
 88. — *multicolor* *Brown.*  
 89. — *elegans* *Lath.*  
 90. — *Browni mihi.*  
 91. — *scapulatus* *Bechst.*  
 92. — *tabuensis* *Lath.*

Sectio III. *PSITTACVLA.* Cauda corpore multo brevior,  
 rotundata, acuta.

Rostrum mediocre.

Facies plumata.

Corpus minus.

Zonae torridae totius orbis incolae.

A. AMERICANI.

- a) *minimi, virides.* 93. *P. passerinus L.*  
 94. — *St. Thomae mihi.*  
 95. — *Tui Gm. L.*
- b) *minores, cauda colorata.* 96. — *surdus Illig.*  
 97. — *melanonotus Licht.*  
 98. — *purpuratus Lath.*  
 99. — *melanopterus Gm. L.*
- c) *mediocres.* 100. — *pileatus Gm. L.*  
 101. — *Barabandi Vaillant.*  
 102. — *vulturinus Illig.*

- B. AFRICANI, *minimi.* 103. — *canus Gm. L.*  
 104. — *Swinderianus mihi.*  
 105. — *roseicollis Viellot.*

C. ASIATICI.

- a) *minores.* 106. — *gulgulus Gm. L.*  
 107. — *philippensis Brisson.*  
 108. — *vernalis Sparrm.*  
 109. — *indicus Gm. L.*  
 110. — *torquatus Gm. L.*  
 111. — *simplex mihi.*  
 112. — *pullarius Gm. L.*
- b) *mediocres, proximi Psittacis veris.* 113. — *micropterus mihi.*  
 114. — *malaccensis Lath.*  
 115. — *incertus Shaw.*

D. AUSTRALES.

- a) *minores, coerulei.* 116. — *taitianus Gm. L.*  
 117. — *Sparrmanni Vaill.*
- b) *mediocres, viridicoccinei.* 118. — *fringillaceus Gm. L.*  
 119. — *phigy Bechst.*

## Sectio IV. P S I T T A C U S. Cauda brevis, quadrata.

Rostrum validum, aduncum.

Facies plumata. Caput magnum, crista nulla.

Corpus crassum.

Zonae torridae totius orbis incolae.

Americani gregatim vivunt secundum clarissimum *Humboldt*, Vide voy. I. pag. 371.

## A. A M E R I C A N I.

- |                                                                              |                                         |
|------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------|
| a) <i>Macrocephali</i> , — <i>mediocres</i> , <i>nec virides</i> .           | 120. <i>P. melanocephalus L.</i>        |
|                                                                              | 121. — <i>leucogaster Illig.</i>        |
| b) <i>Capite minori</i> , <i>virides</i> , <i>mediocres</i> .                | 122. — <i>mitratus Maximil.</i>         |
|                                                                              | 125. — <i>signatus Shaw.</i>            |
|                                                                              | 124. — <i>cyanogaster Maximil.</i>      |
|                                                                              | 125. — <i>brachyurus Temm. et Kuhl.</i> |
| c) <i>Menstrui</i> , <i>mediocres</i> , <i>crisso sanguineo</i> .            | 126. — <i>menstruus Gm. L.</i>          |
|                                                                              | 127. — <i>Maximiliani mihi.</i>         |
|                                                                              | 128. — <i>purpureus Gm. L.</i>          |
|                                                                              | 129. — <i>sordidus L.</i>               |
| d) <i>Amazonici veri</i> , <i>majores</i> , <i>crassi</i> , <i>virides</i> . | 150. — <i>amazonicus Lath.</i>          |
|                                                                              | 131. — <i>aestivus L.</i>               |
|                                                                              | 152. — <i>Bouqueti Vaill.</i>           |
|                                                                              | 153. — <i>cyanotis Temm. et Kuhl.</i>   |
|                                                                              | 134. — <i>erythrurus mihi.</i>          |
|                                                                              | 135. — <i>vinaceus Maximil.</i>         |
|                                                                              | 136. — <i>Dufresnianus Vaill.</i>       |
|                                                                              | 137. — <i>autumnalis L.</i>             |
|                                                                              | 138. — <i>havanensis Gm. L.</i>         |
|                                                                              | 139. — <i>leucocephalus L.</i>          |
|                                                                              | 140. — <i>albifrons Lath.</i>           |
|                                                                              | 141. — <i>pulverulentus Gm. L.</i>      |
|                                                                              | 142. — <i>festivus Gm. L.</i>           |
|                                                                              | 143. — <i>cactorum Maximil.</i>         |

d) *Accipitrini*, qui plumas 144. *P. accipitrinus Gm. L.*  
*cervicales possunt erigere.*

B. AFRICANI.

a) *cuni*. 145. — *senegalus Gm. L.*

146. — *erythacus L.*

b) *virides*. 147. — *Levallanti Lath.*

C. ASIATICI.

a) *mediocres*. 148. — *spadiocephalus mihi.*

b) *majores*. 149. — *gramineus Gm. L.*

150. — *sinensis L.*

D. AUSTRALES.

a) *mediocres*. 151. — *Geoffroyi Vaill.*

b) *majores, transitum ad* 152. — *Nestor Lath.*

*Kakadoë formantes.*

Sectio V. KAKADOE Cuvier. Cauda brevis, quadrata, aequalis.

Rostrum ut plurimum magnum, crassum, maxime aduncum.

Periophthalmiae nudaе.

Caput crista plicatili aut pendula ornatum.

Novae Hollandiae et Indiae orientalis incolae.

In paludosis vitam degunt.

A. INDICI. *albidī*. 153. — *cristatus L.*

154. — *philippinarum Gm. L.*

155. — *moluccensis Gm. L.*

156. — *sulphureus Gm. L.*

B. AUSTRALES.

a) *albidī*. 157. — *galeritus Lath.*

158. — *tenuirostris mihi.*

b) *rosacei*. 159. — *Eos mihi.*

- c) *fuscescentes aut nigri*, 160. *P. galeatus Lath.*  
*radicibus praesertim* 161. — *funereus Shaw.*  
*sese nutrientes.* 162. — *Temminki mihi.*  
 163. — *Banksii L.*  
 164. — *Leachii mihi.*

Sectio VI. PROBOSCIGER. *Ara à trompe Vaill.* Cauda  
 quadrata, aequalis.

Rostrum validissimum, maxime arcuatum;  
 caput cristatum, crista plumis angustatis.

Facies nuda.

Asiae incolae.

165. — *aterrimus Gm. L.*

166. — *Goliath mihi*

*Psittaci patriae incertae.*

1. *Perruche Ara.* 167. — *inornatus Temm. et Kuhl.*
2. *Perruche à queue en* 168. — *bitorquatus mihi.*  
*flèche.*
3. *Perruche.* 169. — *cervicalis Lath.*  
 170. — *smaragdinus Gm. L.*
4. *Perroquet.* 171. — *fuscicollis mihi.*

*Psittaci dubii aut mihi plane incogniti, ab*  
*autoribus descripti.*

A. AMERICANI.

- a) *Macrouri.* 172. — *Jendeya Marcg.*  
 173. — *ater Lin. et Lath.*  
 174. — *Jaquilma Molina.*  
 175. — *pyrrhopterus Lath* } an  
 176. — *nigricollis Lath* } americani?  
 177. — *tirica Gm. L.*



- b) *Brachyuri.* 178. *P. varius Gm. L.*  
 179. — *paraguanus Marcgr. et Lath.*  
 180. — *collarius Gm. L.*  
 181. — *choroeus Gm. L.*  
 182. — *Gerini Lath.*  
 183. — *Tarabe Gm. L.*  
 184. — *cyanolyseos Gm. L.*  
 185. — *violaceus Gm. L.*

**B. AFRICANI.**

- a) *Macrouri.* 186. — *obscurus Hasselq. Lin.*  
 b) *Brachyuri.* 187. — *guineensis Lath.*

**C. INDICI.**

- a) *Macrouri.* 188. — *mexicanus Seba.*  
 189. — *semicollaris Lath.*  
 190. — *Japonicus Lin.*  
 191. — *erythropygius Lath.*  
 192. — *Bontii Lath.*  
 193. — *variegatus Lath.*  
 194. — . . . . . *grande Perruche  
 de la Chine. Sonnerat.*  
 b) *Brachyuri.* 195. — *cochinsinensis Lath.*  
 196. — *nasutus Lath.*  
 197. — *orientalis Lath.*  
 198. — *batavensis Lath.*  
 199. — *aureus Bechst.*

**D. AUSTRALES.**

- a) *Macrouri.* 200. — *verticalis Lath.*  
 201. — *novae Hollandiae Lath.*  
 202. — *capitatus Shaw.*  
 203. — *peregrinus Lath.*  
 b) *Brachyuri.* 204. — *pygmaeus Gm. L.*  
 205. — *solitarius Lath.*

## E. PATRIAE INCERTAE.


- a) *Macrouri*. 206. *P. lineatus* *Lath.*  
 207. — *dubius* *Lath.*
- b) *Brachyuri*. 208. — *robustus* *Lath.*  
 209. — *adscitus* *Lath.*

*Adnotatio.* Species signo † notates ipse vidi et secundum naturam descripsi.

Species novas, nusquam descriptas, continet monographia mea circa 40.

Musea indicata sunt:

- Museum *Temminkianum Amstelodamense*,  
 — *Principi Maximiliani Neowidense*,  
 — *Academicum Berolinense*,  
 — — — *Groninganum*,  
 — — — *Lugdunense Batavorum*,  
 — *Parisiense*,  
 — *Britannicum*,  
 — *Societatis Linneanae Londinense*,  
 — *Viennense*,  
 — *Laugierianum Parisiense*,  
 — *Societatis Harlemensis*,  
 — *Bullokianum Londinense*,  
 — *Riddellianum Londinense*,  
 — *Rayanum Amstelodamense*.



† 1. *Psittacus Macao* Lin.

In Antillis olim vulgaris, nunc rarus. — In Brasilia satis frequens.

1. Vaill. *L'Ara macao*; figura valde mediocris.

Ruber, alis supra coeruleis, infra rufis; alarum tectricibus majoribus coeruleis viridibusque; genis nudis, rugosis, lineis plumosis; rostro validissimo. — 3 ped. longus.

Observ. In nonnullis dorsum rubrum, plumis viridi-marginatis.

Vivum vidi Parisiis.

In Museo Temminkiano, Berolinensi, Principis Maximiliani, Parisiensi, Bullokiano Londinensi, Laugieriano, Harlemensi.

† 2. *Psittacus Aracanga* Lin.

Vulgaris in Guiana et Surinama.

2. *Vaill. L'Ara canga*, fig. mala.*L'Ara rouge. Buffon 12.*  
*planches enluminees.*

Coccineus, alarum tectricibus majoribus flavis, viridi coeruleoque terminatis; remigibus supra coeruleis, infra rufis; genis nudis rugosis. — 2 ped. 10 poll. longus.

In Museo Groningano, Temminkiano, Leydensi, Harlemensi, Bullokiano, Parisiensi.

† 3. *Psittacus tricolor* *Vaillant*.

Rarissimus in america meridionali.

5. *Vaill. L'Ara tricolor.**Petit Ara. Buffon 641.*

Capite supra et latere inferiori coccineorufis, collo postico flavo; alis coeruleis, earum tectricibus superioribus fuscorufis; cauda rubra; reatricibus lateralibus coeruleis; genis nudis, lineis plumosis. — Maxilla minus arcuata, quam in reliquis. — Aracanga multo minor.

In Museo Parisiensi.

† 4. *Psittacus hyacinthinus* *Lath.*

In Brasilia rarissimus.

*Psitt. augustus Shaw Mus. Lever.*  
tab. 14.

— — *Shaw Miscell. tab.*  
609. figurae pessimae.

Colore hyacinthino; rostro maximo, nigro, macula flava rotunda ad oris argulum; gula et periophthalmiis nudis.  $2\frac{1}{3}$  ped. longus.

In Museo Berolinensi, Bullokiano et Viennensi. — Parisiis eum vidi vivum.

† 5. *Psittacus Ararauna* Lin.

Vulgaris in Surinama, nec in Brasilia.

3. *Vaill. L'Ara Rauna*, fig. mala.

*L'Ara bleu. Buffon* 36.

Supra coeruleus, infra luteus genis nudis, lineis plumosis. —  $2\frac{3}{4}$  ped. longus.

In Museo Groningano, Leydensi, Harlemensi, Temminckiano, Berolinensi, Laugieriano. — Multos vidi vivos.

† 6. *Psittacus ambiguus* Bechstein.

In America meridionali.

6. *Vaill. Le grand Ara militaire.*

Ex fuscescente viridis, fronte coccinea; remigibus uropygioque coeruleis; cauda infra flavicante, supra rufa, apice coerulea; genis nudis, lineis plumosis; regione circum faciem et mandibulam brunnescente; rostro corneonigricante validissimo elongato multo minus curvato, ac in *Ps. militari*, magnitudine fere *Ps. Macaonis*. — Ultra 2 pedes longus, — 6 pollic. *Ps. militari* major.

In Museo Parisiensi, Temminckiano, Bullockiano.

† 7. *Psittacus militaris* Lin.

In America meridionali rarissimus.

4. *L'Ara militaire Vaill.* fig. bona.

*L'Ara verd Buffon.*

Saturate viridis, fronte coccinea; remigibus uropygioque coeruleis; cauda rufa, apice coerulea; genis nudis, lineis plumosis; regione circum genas et mandibulam brunnescentiviridi; rostro rotun-

dato, valde deflexo. — Magnitudine fere *Ps. Aracangae*, 1 $\frac{1}{2}$  ped. longus.

In Museo *Bullokiano*, et olim in *Parisiensi*.

† 8. *Psittacus severus* *Lin.*

Guiana.

8, 9, 10 *Vaill. L'Ara maracana.*

Frontis fascia brunnea angusta; genis nudis, lineis nonnullis plumosis; colore viridi; remigibus et rectricum apicibus coeruleis; caudae latere inferiori dilute coccineorubro; capite viridicoerulescente; alarum margine tectricibusque inferioribus anticis coccineis. — Longitudo corporis 16—17 poll.

Juveni nulla rubedo.

Variat corpore rufo- et flavo-maculato.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Bullokiano*, 2 *Berolinensi*, *Harlemensi*, *Laugieriano*.

† 9. *Psittacus Makawuanna* *Gm. L.*

In Guiana.

*Perruche Ara Buffon* 864.

7. *Vaill. L'Ara Macavouanne.*

Facies maxima parte nuda; fronte et capite viridicoeruleis; latere superiori viridifusco, inferiori livide coerulescentiviridi; alarum parte interna livide flavescente; remigibus coeruleis, margine externo viridibus; abdomine infimo rufo; cauda infra ex flavescente viridi, supra olivaceoviridi. — 15 $\frac{1}{2}$  poll. long.

In Museo *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Bullokiano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

† 10. *Psittacus Illigeri Temm. et Kuhl.*

In Brasilia satis frequens.

*Psitt. fuscatus* Musei Berolinensis.

Verum, cum fuscus nihil sit in aye,

*Psittacum Illigeri* nominavimus.

Proximus *Ps. Makawuannae Gm. L.* at species valde distincta.

Fronte ex aurantio rubra; capite colloque viridicoeruleo-rulescentibus; remigibus rectricumque apicibus coeruleis; caudae latere superiori purpurascente, inferiori flavescente; alarum tectricibus internis, uti omni aye, viridibus; maculis abdominis infimi purpureis. — *Picae* magnitudine, 13 poll. longus.

In Museo Berolinensi, Temminkiano, Maximiliano, Parisiensi, Laugieriano.

† 11. *Psittacus guianensis Lin.*

Vulgaris in Guiana et Antillis.

14. 15 *Vaill. Perruche Ara Pavouane. Buffon* 407 et 167.

*Psittacus nobilis Lin.* ad hanc speciem vel ad *Ps. severum* pertinet.

Viridis, sincipite coeruleo viridi; alis caudaque latere inferiori viridiflavio; alarum margine et carpi latere interno coccineis; cauda corpore aliquando longiori. — 11 poll. longus.

Junior capite viridi, alarum tectricibus inferioribus aurantiorubris.

Variat facie magis plumata, frontis macula coccinea, capite viridi.

In Museo Groningano, Leydensi, Temminkiano, Bullockiano, Berolinensi, Parisiensi, Harlemensi, Laugieriano.

† 12. *Psittacus auricapillus* *Lichtenst.*

Brasilia.

Icon o.

Psitt. canicularis? Musei Parisiensis.

Viridis, fronte coccinea; temporibus abdomine uropygioque purpureis; capite supra aureo; pectore gulaque ex rubescente viridiflavis; remigibus secundi ordinis vexillisque externis primi coerulescentibus; alarum tectricibus inferioribus purpureococcineis; cauda infra ex nigro flava, supra ad basin tantum viridiflava, parte ejus majore apicali coerulea. — *Ps. carolinensis* figura et magnitudine.

Juniores capite supra viridiflavo, frontis parte tantum antica coccinea.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Principis Maximiliani* et *Parisiensi Laugierianoque*,

† 13. *Psittacus squamosus* *Lath.*Brasilia et secundum *Shaw*. Surinama.

*Shaw*. Miscell. XXIV. tab. 1061. fig. bona.

*Psittacus erythrogaster* *Lichtenstein* M. Berol.

Viridis, abdomine infimo, uropygio, caudae latere inferiori et regione parotica purpureis; capite brunneo; humeris coccineis; pectore, torque nuchali remigumque vexillo externo coerulescentibus; caudae latere superiori ex flavo viridi. Magnitudine *Ps. bengalensis*.



Juniores in humeris vix vestigia coccinei coloris ostendunt. Pectoris plumae recentiores coeruleae sunt, reliquae autem brunneae.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Principis Maximiliani*, *Laugieriano*.

† 14. *Psittacus vittatus* *Shaw*.

Brasilia.

17. *Vaill. Perruche Ara à bandeau rouge.*

*Psittacus undulatus* *Lichtenstein*, in Museo *Berolinensi*.

*Shaw* autem jam pridem aliam speciem novam *Ps. undulatum* nominavit.

Tota parte superiori, abdominis lateribus et genis viridibus; pectore cinereo flavicante, striis transversis flavis et nigris undulato; abdomine infimo, caudae latere inferiori et vexillis internis brunnescenti-purpureis; remigum primarum barba externa coerulescente; frontis parte antica brunnea, plumulis nonnullis rubris; alarum tectricibus internis caudaeque inferioribus viridibus; regione parotica grisescente.

Junior abdomine non purpureo; genis undulatis.

In Museo *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Bullokiano*, *Parisiensi* (plures), *Laugieriano*.

† 15. *Psittacus leucotis* *Lichtenst.*

Brasilia.

Icon. o.

Capite brunneo, coeruleo intermixto, macula ad mandibulam, cauda, uropygio et abdomine infimo castaneo-

purpureis; regione parotica alba, collo pectoreque viridicoerulescentibus, transversim albo nigroque striatis; humeris coccineis; remigibus et torque nuchali coeruleis; dorso, alis, lateribus, caudae basi supra ejusque tectricibus superioribus et inferioribus viridibus. — Minor. *Ps. versicolore*, 8½ poll. long.

Multos vidi in Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Principis Maximiliani*, *Laugieriano*.

† 16. *Psittacus versicolor* *Latham*.

In *Guiana*, *Brasilia*.

*Psittacus lepidus* *Illig.*

*Psittacus Anaca* *Lath.*

16 *Vaill. Perruche Ara à gorge variée. Buffon* 144.

Capite fusco, fronte et torque colli postici coerulescentibus, regione ad mandibulam laterali ex purpureo coerulescente, parotica flavo-grisea; pectore ochraceoalbido, maculis triangularibus nigricantibus et nigrovirescentibus; humeris rubris, cauda uropygio abdomineque purpureis; reliquis rectricumque vexillo externo ad basin laete viridibus. Aliquanto minor *Ps. Vittato*.

Juniores capite brunnescente, fronte vix coerulescente; torque, ad mandibulam macula ventrequae viridicoerulescentibus. Purpurae abdominis vestigia vix ulla. Colli latera pectusque ex ochraceo et brunnescente varia. Cauda purpurea. Remiges caudaeque tectrices inferiores et superiores coerulescentes, ceterae virides.

In Museo *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Groningano*, *Parisiensi*, *Bullokiano*, *Laugieriano*.

† 17. *Psittacus Guaruba* *Marcgr.*In *Brasilia* rarus.*Psitt. luteus* *Lath.*20 *Vaill.*

Totus luteus, rubedine nulla, remigibus tantum viridibus; rostro magno valido. — 13 poll. longus, alis elongatis. Juniores reatricibus mediis, alarum tectricibus genisque viridivariis.

In Museo *Berolinensi*, *Temminckiano*, *Parisiensi*, in *Bullokiano* (2, *adultus* et *junior*), in *Laugieriano*, — *Princeps Maximilianus* hunc non obtinuit.

† 18. *Psittacus carolinensis* *Gm. L.*

Carolina.

Non cum *Ps. ludoviciano* confundendus, qui *Ps. carolinensis* nomine depictus est a *Vaillantio* 55 et *Buffonio* 499.

Supra saturate viridis, infra flavescensviridis; capite, collo antico et facie ochraceo aurantiis, rubedine nulla; abdomine subaurantio, remigibus virescenticoeruleis; periophthalmiis nudis; alarum tectricibus inferioribus laete viridibus. — 9½ poll. longus.

In Museo *Temminckiano*, *Laugieriano*.

† 19. *Psittacus ludovicianus* *Lin.*Vulgaris in *Guiana*.

53 *Vaill. Perruche à tête jaune.*  
*Buffon* 499.

*Catesbaei* icon.

*Psittacus carolinensis* *Wilson III.*  
tab. XXVI. fig. 1. (nec *Ps. carolinensis* *Lin.*)

Supra viridis, infra flavovirescens; alarum margine rubescentiaurantiis, fronte facieque coccineoaurantiis; occipite, capitis lateribus et gula flavis (sulphureis); alis viridibus, remigibus basi flavescenti marginatis. — 11 1/2 poll. longus.

- Observ.* 1. Cum *Ps. carolinensi* autores eum confundebant, fronte coccineoaurantia facile distinguendum.  
2. *Ps. solstitialis* juniorem etiam propius refert, isti autem alae coerulescentes sunt et abdomen rubescit.

In Museo *Temminkiano* et *Bullokiano*, *Parisiensi*, etc.

† 20. *Psittacus pertinax* *Lin.*

Vulgaris in Brasilia.

54—57. *Vaill. Perruche à front  
jaune.* 528 *Buffon*, adultus.

Fronte genisque ochraceo flavis; pectore ochraceo cinerascens; latere inferiori viridiflavo, superiori viridi; remigibus capiteque coerulescenti viridibus. — 9 1/2 poll. longus.

Juniores fronte genisque vix ochraceo cinerascens.

Variat latere infero ochraceo.

In Museo *Principis Maximiliani*, *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Bullokiano*, *Groningano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

21. *Psittacus aureus* *Gm. L.*

In Brasilia vulgaris.

41. *Vaill. Perruche couronnée d'or.*  
*Edwards* 235.

*Psittacus regulus* *Shaw.*

— *brasiliensis* *Lath.*

Fronte et periophthalmiis aureo flavis, genis pectoreque canescenti viridibus; capite supra coerulescenti viridibus; alis viridibus, remigibus basi flavescenti marginatis. — 11 1/2 poll. longus.

lescente; remigibus secundi ordinis coeruleis; abdomine virescentiflavo, latere superiori viridi. —  $9\frac{1}{3}$  poll. longus.

In Museo *Temminckiano*, *Groningano*, *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Bullokiano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

22. *Psittacus canicularis* *Gmel. L.*

Brasilia.

40: *Vaill. Perruche à front rouge.*  
*Buffon* 767.

Viridis, fronte coccineo; capite supra remigibusque coeruleis. — Statura *Ps. aurei*; cauda corpore sublongiore.

*Observ.* *Vaillant.* 6 vidit vivos.

Mihi nusquam obuius factus est.

23. *Psittacus aeruginosus* *Lin.*

In America meridionali.

*Edw.* 177. tabula.

*Ps. aurei* magnitudine et forma.

Remigibus apice fasciaque interoculari  $\frac{1}{2}$  poll. lata coeruleis; fronte, gula, facie colloque antico brunneis; pectore, abdomine, caudae alarumque latere inferiori flavicantibus; reliquo corpore viridi.

† 24. *Psittacus viridissimus* *Temm. et Kuhl.*

In Brasilia vulgaris.

*Ps. rufirostris* var. *Lath.*

Facie viridi; remigibus longioribus et tectricibus longis ad earum basin coeruleis, remigum apicibus et marginibus viridibus; cauda conco-

lore. — Dorsi alarumque color viridis obscurior est, lateris inferioris flavescens viridis. Cauda vix corporis longitudine est. Rostrum livide albidum. —  $8\frac{1}{3}$  poll. longus.

Multos vidi *Berolini* et *Amstelodami*; porro in Museo *Parisiensi*, *Academico Groningano*, *Principis Maximiliani*, *Laugieriano*.

25. *Psittacus rufirostris* *Lin.*

Frequentissimus in *St. Domingo*.

42. *Vaill. Perruche Sinciale. Buffon* fon 550. *Edwards* tabula.

Corpore gracili; supra laete viridis, infra flavescens viridis; caudae apice coeruleo. — 13 poll. long., cauda 9 poll.

*Observ.* Nunquam hunc vidi, suspicor autem, *Buffonem* et *Vaillantium* *Edwardsi* tabulam, ut propriam, publicavisse.

Similis *Ps.* viridissimo, at cauda longissima satis distinctus.

26. *Psittacus buccalis* *Bechst.*

In *Cajana* rarus.

67. *Vaill. Perruche à joues grises.*

Statura mediocri; cauda vix corpore breviori acutissima; mento et regione inter oculos et rostrum griseis; tectricibus ad basin remigum primorum longis coeruleis, ceteris viridibus, infra magis flavicantibus.

† 27. *Psittacus virescens* *Gm. L.*

Frequens in *Guiana*, nec in *Brasilia*.

*Psittacus chrysopterus* *Gm. L.*

57. *Vaill. Perruche à ailes variées. Buffon* 359.

Cauda corpore breviori, acuta; viridis; remigibus intermediis albis et flavis; tectricibus plurimis longis flavis, remigibus exterioribus viridicoeruleis; rostro albido. — Long. 8. poll.

In Museo *Berolinensi*, *Temminckiano*, *Parisiensi*.

† 28. *Psittacus Sosove Gm. L.*

In *Cajana* frequentissimus, nec in *Brasilia*.

58. 59. *Vaill. Perruche à tache souci*, qui false eum novam credebat speciem. *Buffon* 456. 2. *petite Perruche de Cajenne*.

*Psittacus Tuipara Gm. L.*, uti *Cl. Lichtenstein* ex *Marcgravii* adversariis manuscriptis cognovit.

*Psittacus Tovi Gm. L. Buffon* 190. 1., cui figuræ alarum macula deest.

Cauda corpore dimidio breviori, acuta, parum gradata; colore viridi; macula aurantia ad remigum basin, tectricibus majoribus tecta; remigibus basi coeruleis; alis infra azureis; rostro albo; capite coerulescenti-viridi. — *Feminae* macula illa deest.

Variat maculis aurantiis ad frontem et gulam.

In Museo *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Temminckiano*, *Parisiensi*, *Groningano*.

† 29. *Psittacus solstitialis Lin.*

Patria *Angola*.

16. 19. *Vaill. m. f. Perruche Ara guaraba*.

Ex flavo rubescens; rectricibus, remigibus et alarum tectricibus longis ex flavo, coeruleo et viridi variis; alis brevibus. — 11 fere pollices longus.

Juniores abdomine et uropygio rubris, capite collo et pectore ex flavorubescente variis, interscapulio, alis caudaeque tectricibus superioribus viridibus, remigibus tectricibusque apice coeruleis.

*Observ.* *Vaillantius* hanc avem non bene novit, Guarubam enim Brasiliae esse credebat, licet, revera sit asiaticus; verum autem Guarubam tabula 20 pro hornotino solstitiali delineavit.

*Temminkius* nobis autor est, hanc 20 figuram secundum illam *Buffonii* delineatam et translata esse a *Vaillancio*, de vero Guaruba usque adeo incerto, ut vel nostrum *Ps.* diminutum ejusdem loco delineandum curaret.

In Museo *Temminkiano* 2, *Bullokiano* 2 adult. et plures juniores, — *Parisiensi*, *Laugieriano*.

† 30. *Psittacus murinus* *Gm. L.*

In Africa rarissimus.

*Latham* no. 55. indicis.

58. *Vaill.* *Perruche souris*, figura pessima. *Buffon* 768.

Fronte, loris, genis, colli lateribus et pectore murinis; latere superiori viridi; abdomine flavescenticano; ventre infimo flavescenviridi; cauda infra coerulescentiviridi, remigibus tectricibusque longis ad earum basin coeruleis. — 10 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Bullokiano*, *Parisiensi*. — *Vaillantius* vivum eum vidit in Capite bon. spei.

† 31. *Psittacus niger* *Lin.*

Patria Madagascar Insula.

82. *Vaill.* *Le petit Vasa*. *Buffon*. 500. *Edwards* 5.



Cauda lata, apice rotundata, fere longitudine corporis; rostro parvo nigricante; colore nigricantibrunneo, ad cinerascentem vergente; remigum et rectricum lateralium vexillis externis canescentibus. — 13—14 poll. longus.

*Observ.* Rostrum in Parisiensi pallide fuscescentis coloris est.

In Museo *Bullokiano* et *Parisiensi*.

† 32. *Psittacus Vasa Shaw.*

In Africa meridionali.

51. *Le grand Vasa Vaill.*

*Psittacus obscurus Bechst.*

Niger, supra cinerascenti aut brunneo irroratus; cauda lata, corporis longitudine, vix gradata, apice rotundata; alis vix tertiam ejus partem tegentibus; rostro albedo; pedibus nigris; periophthalmiis nudis. — 21 poll. long.

In Museo *Rayano*.

† 33. *Psittacus mascarinus Lin.*

Patria Madagascar Insula.

159. *Perroquet mascarin Vaill. Buffon 35.*

Cauda longitudine fere corporis, subgradata; capistro et gula nigris, capite colloque supra coerulescenticanis, subviolaceis; corpore brunneo, infra dilutiori; cauda brunnea, basi alba; rostro rubro. — Statura magna, fere *Psittaci Alexandri* longitudine.

In Museo *Parisiensi*.

- † 34. *Psittacus torquatus* Brisson, nec *Gm. L.*  
 In Bengala, Senegalia, Pondicheri secund.  
*Leschen.*

22. 23. *Perruche à collier rose Vaill.*  
*Buff.* pl. col. 551. Hic linea ad  
 oculos omissa est.

*Ps. manillensis Bechstein.*

43. *Vaill. Perruche souffre, variet.*  
*flava.*

Viridis, gula et lineola ab oculis ad nares nigris,  
 torque roseo ad nucham; maxilla rubra, mandi-  
 bula nigricante; cauda corpore longiori, infra di-  
 lute flavescēte, supra subcoerulescente. — 15 1/2 poll.  
 longus.

Hornotinus totus viridis, cauda uti in adulto, rostro nigro.  
 Variat colore flavo.

In Museo *Temminkiano* et *Bullokiano*, in *Parisiensi* (plures),  
*Berolinensi* 2, *Laugieriano*. Multos vidi vivos.

- † 35. *Psittacus Alexandri* *Lin.*  
 Gingi. — Zeylon.

Adultus 50. *Vaill. La grande Per-*  
*ruche à collier. Buffon* 642.  
*Edwards* 292.

Junior 75. *Vaill. Perruche à épau-*  
*lettes rouges. Buffon* 259.

*Psitt. Eupatria Gmel. L.*

Viridis, torque latissimo roseo nuchali; hume-  
 ris rufis; gula et torque ad colli latera ni-  
 gris; rostro rubro; cauda corpore longiori. — 19-20  
 pollic. longus. — Cauda supra viridicoerulescens,  
 infra flavescētiochracea. Stria ab oculis ad nares ni-  
 gra, angusta.

Junior subtus dilutior, reflexu coeruleocanescenti, torque nuchali et collari nullo.

In Museo *Temminkiano*, *Bullokiano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*, *Harlemensi*.

Multosque vivos vidi, tam adultos, quam juveniles.

† 36. *Psittacus annulatus* *Bechst.*

In *Pondicheri* communis, *Leschen*.

75 et 76. *Vaill.* *Perruche à collier jaune.*

*Psittacus flavitorquis* *Shaw.*

Capite colloque postico coeruleis, isto torque flavo cincto; uropygio laete viridi; ceteris partibus superioribus olivaceoviridibus, latere inferiori flavescens viridi, cauda corpore longiori. — Mas capite saturatus coeruleo. —  $10\frac{1}{3}$  poll. longus.

*Adn.* Cauda subtus flava, supra viridis, rectricibus intermediis apicem versus coeruleis.

In Museo *Temminkiano* femina. In *Parisiensi* 3.

37. *Psittacus erythrocephalus* *Lin.*

Patria?

*Ps. ginginianus* *Lath.*

45. *Vaill.* *Perruche à collier noir.*  
*Edwards* 233.

Similis est *Ps. bengalensi*, at valde distincta species; cauda longitudine corporis, ad apicem usque coerulescente; capite roseo, postice violaceo, torque gulaque nigris, maxilla flava, mandibula nigra; macula carpi rufa; corpore supra viridi, infra flavescens viridi.

- † 38. *Psittacus barbatulatus* *Bechst.*  
Patria Malacca.

72. *Perruche à nuque et joues rouges*  
*Vaill. Buffon* 887.

*Ps. malaccensis* *Gm. L.*

Capite colloque postico vinaceorubris, capillo viridi, macula elongata ad mandibulae basin nigra, plumulis nonnullis viridibus; dorso et uropygio coerulescentiviridibus; alis, tectribus caudae superioribus, crisso et cauda supra saturate viridibus; latere inferiori flavicantiviridi; remigibus et 2 rectricibus intermediis longioribus coeruleis; maxilla rubra, mandibula nigra. — 14 poll. longus.

*Observ.* 1) *Ps. Pondiceriano* maxime accedit.

2) Nomen *Ps. malaccensis* mutavi, quia jam  
*Ps. malaccensis* est inter Perroquets.

In Museo *Temminckiano* et *Riddelliano* Londini, tum in  
*Parisiensi.*

- † 39. *Psittacus bengalensis* *Lin.*

In Bengala. — Pondicheri secundum *Leschen.*

*Psittacus rhodocephalus* *Shaw. - Mus.*  
*Lewer. tab. 45. Buffon* 888.

74. *Vaill. Perruche fridyttutah.*

Capite purpurascens rubro, postice lilacino, taenia angusta nigra cincto, gula nigra; uropygio et collo postico ultramarinis; latere inferiori virescentiflavo, superiori saturate viridi, humeris brunnescentipurpureis; caudae rectricum 4 breviorum vexillis interioribus flavis, exterioribus viridicoeru-

lescentibus, 4 intermediis longissimis, coeruleis, apicè albis. —  $12\frac{1}{2}$  poll. longus.

In Museo Groningano, Temminkiano, Parisiensi, Bullo-  
kiano, Berolinensi, Argentoratensi.

† 40. *Psittacus papuensis* Gm. L.

Papua.

77. *Vaill. Perruche Lori popou*  
*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*  
*III. tab.*

Sanguineococcineus; interscapulio, alis supra et rectricum basi obscure viridibus, fascia nigra ad nucham et inter oculos, hac antice fascia azurea marginata; rectoris et uropygii lateribus rectricumque parte apicali flavis, abdomine infimo nigro. —  $14\frac{1}{3}$  poll. — Rostrum maximè deflexum, rubrum; rectrices 2 intermediae longissimae. — Pulcherrima avis.

*Observ.* Vitae genus, quale in sic dictis Loris.

In Museo Temminkiano, Parisiensi 2, Laugieriano.

† 41. *Psittacus pondicerianus* Lin.

Patria Pondichery.

51. *Vaill. Perruche à poitrine rose*,  
figura mediocris. *Buffon* 517.

*Psittacus mystaceus* Shaw.

— bimaculatus *Sparrm.* Mus. Carlsr.

Capite coerulescentiviridī, macula magna ad mandibulae latera et fascia angusta frontali, ad oculos perducta, nigris; collo antico, pectore et abdominis parte superiori vinaceo rubris, abdomine infimo et crisso viridibus, latere superiori viridī, humeris flavescentibus; cauda coerulescentiviridī. —  $13\frac{2}{3}$  poll. — Rostrum rubrum; alae flavescentivirides.

In Juniori caput cinerascens est, pectus viride, plumis vinaceis intermixtis.

In pullo partes omnes virent, facie vinaceocinerascente, maculae mandibularis vestigia deprehenduntur.

In Museo *Bullokiano* 3, in *Temminckiano*, *Groningano*, multique in *Parisiensi*, *Berolinensi*, *Laugieriano*.

42. *Psittacus xanthosomus* *Bechst.*

Ternate.

61. *Vaill. Perruche à épaulette jaune.*

Magnus, cauda valde gradata, corpore longiore; alarum tectricibus intermediis citrinis; capite, cauda et remigibus anticis coerulescentibus, ceteris laete viridibus; rostro rubro.

*Observ.* *Vaillantius* eum vidit vivum.

† 43. *Psittacus haematopus* *Lin.*

In Moluccis frequens. — In Pondicheri *Leschenauld.*

*Psittacus cyanogaster* *Shaw. gen. Zool.*

8. tab. 59.

*Psitt. moluccanus* *Gm. L. Buffon* 745.

— *cyancephalus* *Gm. L. Buffon* 192.

*Perruche à tête bleue.* *Vaill.* 24-27.

*Psittacus haematopus.* *Buffon* 61.

*Hayes Port. of rare birds.* icon.

*Psitt. capistratus* *Bechstein* nil nisi

varietas mihi videtur.

Secundum *Shaw* hi omnes pertinent ad speciem *Nov. Holland. Species moluccensis* autem est *Levaillanti Perruche à face bleue*, pl. 47. *Shaw.* 917. *Miscell.*

Species polymorpha. Capite, facie, collo antico et abdomine infimo cyaneis, pectore lateribusque coccineis, magis minusve flavo intermixto; alarum tectricibus inferioribus coccineis; remigum vexillo interno

basi flavo, apice nigro; cauda infra flavicante; ceteris laete viridibus.

Junioribus pectoris plumae cyaneo-marginatae sunt. *Buffon* 61. Hornotinis caput est cyaneum, cetera virescunt. *Buffon* 192.

Pullis autem caput etiam viride, coeruleovarium, pectus et collum posticum flava.

Variat corpore magis minusve flavo.

*Observ.* Nondum constat, an ii, qui Novam Hollandiam incolunt, diversam a Moluccanis speciem constituent.

In Museo *Temminckiano* 3, in *Berolinensi* 4, multi in *Parisiensi* et *Bullokiano*, etiam in *Laugieriano*; multosque vivos vidi.

44. ? *Psittacus capistratus* *Bechstein.*

*Edwards* 252.

47. *Vaill. Perruche à face bleue*, figura haec mihi *Eduardsiana* videtur.

Ps. haematopodis statura; facie et capite coeruleis, torquenuchali flavo; corpore viridi; alarum tectricibus inferioribus sanguineis; pectore rubescentiaurantio; cauda latere inferiori olivaceoflava.

*Observ.* *Latham* pro varietate Ps. haematopodis habuit, cui quidem sententiae nihil est, quod repugnare videatur.

† 45. *Psittacus ornatus* *Lin.*

In India orientali.

52. *Vaill. Perr. Lori. Edwards*

174. *Buffon* 552.

Capite supra et macula pone oculos obscure coeruleis, occipite, facie, collo antico et pectore coccineis, pectoris plumis virescente marginatis; maculis ad colli, pectoris et abdominis latera flavis; dorso et abdomine viridibus (interdum flavo maculatis); caudae basi rubra; alarum tectricibus inferioribus flavis; remigibus atris, vexillis externis viridibus; rostro albo. — 8 poll. longus.

In Museo *Temminkiano* 2, in *Londinensi Bullokiano* plures, in *Parisiensi*, *Berolinensi*.

46. *Psittacus Lichtensteinii* *Bechst.*

In India orientali.

*Bechstein's Uebersetzung* pag. 83.

Index pag. 361. No. 159.

Purpureus; vertice cyaneo; occipite, cervice abdomineque nigris; hypochondriis alarumque apicibus flavis; rostro rubro, dente maximo deflexo. — 17 poll. longus.

47. *Psittacus lunatus* *Bechst.*

Patria India orientalis?

*Bechst. Nat. Abbild.* VIII. tab. 94.

Macrourus, corpore supra saturate viridi, scapis omnibus nigris; fronte, carpi margine et luna pectorali coccineis; abdomine dilute viridi; rostro albo, maxime adunco; cauda 6 poll. longa; lunula pectorali coccinea, versus cervicem angustata; remigibus atroviridibus, vexillo externo viridicoeruleo; alis cau-



daque infra livide flavis; abdomine rubro irrorato. —  
Long. 11 ½ poll.

*Observ.* *Bechsteini* tabulam non vidi, at secundum  
descriptionem species distincta est.

† 48. *Psittacus marginatus* *Gm. L.*

In Moluccis.

60. *Vaill.* *Perruche aux ailes char-*  
*marées.*

*Psittacus olivaceus* *Gm. L.* *Buffon* 287.

*Sonnerat voy.* tab. 44. *Perruche de*  
*l'île de Luçon.*

*Ps. lucionensis* *Gm. L.* *Brisson* IV.

22. 2.

Cauda corporis fere longitudine; fascia verticis intero-  
culari lata, coerulea; rostro rufo; corpore supra  
saturate viridi, infra flavoolivaceo; alarum tectri-  
cibus et remigibus ultimis coeruleis, aureo  
marginatis. — 12-13 poll. longus.

In Museo *Riddelliano Londinensi*, *Parisiensi*.

† 49. *Psittacus macrorhynchus* *Gm. L.*

In Nova Guinea et Moluccis  
secundum *Labillardiere*.

83. *Perroquet à couleur de sang*  
*Vaill.* *Buffon* 715. *Shaw.* 921.  
fig. *Vaillantii*.

Crassus, magnus; cauda corpore vix breviori, lata et gra-  
data; rostro maximo, sanguineo; corpore viridi  
splendente; uropygio aquimarino; alis coeru-  
lescentibus, earum tectricibus plurimis nigris  
flavoque marginatis.

In Museo *Parisiensi* 2, in *Riddelliano Londinensi*.

† 50. *Psittacus grandis* Gm. L.

In Moluccis.

126. 127. 128. *Perr. grand Lori Vaill.**Vosmaer.* tab. VII.*Brown* taf. VI. est adultus.*Buffon* 683 est juvenis.*Buffon* 518 est adultus, cum cauda  
falsa.

Ps. puniceus Gm. L.

Rostro nigro; capite colloque coccineis, omni  
alarum margine cyaneo. — 13 ¼ poll. longus.

Adultus capite collique parte capiti proxima coccineis;  
colli parte reliqua, pectore et abdomine coccineocoeruleis;  
alarum tectricibus inferioribus, earum margine  
et remigibus azureis; cauda et latere superiori coccineo-  
purpurascens; caudae apice ejusque tectricibus in-  
ferioribus luteis.

Variat abdomine viridi, rubro et coeruleo mixto, *Vaill.*  
tab. 128, quem ego quidem juvenilem credo.

In Museo *Rayano*, *Temminckiano*, *Bullokiano* 2, *Parisiensi*,  
*Harlemensi*.

† 51. *Psittacus ruber* Gm. L.

In Moluccis rarus.

*Buffon* 519.95. *Vaill. Lori à franges bleues.**Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*  
tab. 112.

Ruber, crisso tectricibusque scapularibus posticis  
coeruleis; remigum longissimorum vexillis externis,  
omniumque apicibus nigris; cauda gradata, rotundata,

purpurascens; rostro flavo. — 11 1/2 poll. longus, —  
*Ps. Domicella minor.*

*Observ.* *Sonnerati* avem distinctam fere credo speciem, cauda brunneo terminata, periophthalmiis atris.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Bullokiano*,  
*Laugieriano.*

52. *Psittacus unicolor Vaill.*

In *Moluccis.*

125. *Perr. Lori unicolor Vaill.*

Statura mediocri; cauda brevi, subgradata; colore coccineo dorsi obscuriori; rostro rubro; pedibus remigibusque versus apicem nigricantibrunneis.

In Museo *Cl. Vaillantii.*

† 53. *Psittacus guebiensis Gm. L.*

Patria?

51. *Vaill. Loriécaille. Buffon* 684.  
*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*  
 tab. 109.

Cauda corpore vix brevior; corpore mediocri, rubro; dorso alisque obscure viridi transversim variis; colli laterisque inferioris plumis virescenti marginatis; rostro flavo, compresso.

*Observ.* *Sonnerati* figuram adulti esse credo, nam plumarum margines desunt.

In Museo *Parisiensi.*

54. *Psittacus incarnatus Gm. L.*

In *India orientali.*

46. *Vaill. Perruche à gorge rouge.*  
*Edwards* 256.

Viridis; gula et alarum tectricibus superioribus, tam majoribus quam minoribus, rubris; cauda corpore aliquanto longiori. — 8-9 poll. longus.

*Observ. Cl. Vaillantius* plures vidit vivos.

55. *Psittacus borneus* *Lin.*

In Borneo insula vulgaris.

44. *Vaill. Perruche écarlate. Edwards* 173.

Statura mediocri; cauda fere corporis longitudine, gradata; corpore flavescentirubro, infra dilutiori; remigibus 3 ultimis brevissimis, coeruleis; carpi margine, tectricum alarum majorum, rectricum et remigum apicibus viridibus; rostro valido, rufescentiflavo.

† 56. *Psittacus domicella* *Gm. L.*

In Moluccis vulgaris.

*Psittacus atricapillus* *Seba* 58. 4.

94. 95. *Vaill. Perroquet Lori à collier jaune. Buffon* 119.

96. *Vaill.* varietas tibiis viridibus, fascia pectorali nulla.

Coccineus, inter collum et pectus fascia sulphurea; alis viridibus; tectricibus earum inferioribus, carpo tibiisque azureis; capite nigro, postice violaceo azureo; remigum vexillo interno flavo; cauda coccinea, rotundata, longiuscula. — 11 poll. longus.

Variat alis flavis capiteque dilute rufescente, azurei vestigiis in utrisque. — *Cl. Vaillantius* varietatem hanc, quam in *Cel. Temminkii* Museo examinavi, propriam

credidit speciem, eique in tabula 94 nomen *Lori Radhia* attribuit.

In Museo *Temminkiano* 2, *Parisiensi* plures, *Groningano*, *Berolinensi*, *Laugieriano*, *Harlemensi*.

† 57. *Psittacus Lori Lin.*

In *Moluccis vulgaris*.

125. 124. *Perr. Lori à scapulaire bleue*

*Vaill. Buffon* 168.

*Edwards* figura.

Capite nigro; interscapulio, cauda supra, pectore infimo, abdomine crissoque saturate coeruleis; alis viridibus; remigum vexillo interno apicem versus nigro, parte basali flava; reliquo corpore coccineo.

In Museo *Temminkiano*, *Groningano*, *Parisiensi*.

† 58. *Psittacus garrulus Lin.*

In *Moluccis* satis frequens.

96. *Vaill. Lori Nouara. Buffon* 216.

*Psittacus moluccensis L.*

Coccineus; alis viridibus; carpo tectricibus inferioribus et torque interscapulari flavis; vexillis remigum internis coccineis; caudae parte apicali viridi. — 11 poll. fere longus.

In Museo *Temminkiano*, *Groningano*, *Berolinensi*, *Parisiensi*, *Laugieriano*, *Harlemensi*.

† 59. *Psittacus cyanurus Shaw.*

Patria *Borneo*.

*Ps. coeruleatus Bechst.*

97. *Vaill. Lori à queue bleue.*

Coccineus; tectricibus scapularibus, remigibus duabus ultimis, abdomine infimo caudaque coeruleis; remigibus brunnescentinigris.

In Museo *Rayano*.

† 60. *Psittacus coccineus* *Briss.*

In Moluccis.

53. *Vaill. Perruche violet et rouge.*

*Buffon* 145.

Corpore mediocri; cauda vix corpore breviori; fronte, nucha, collo antico, alis, dorso, uropygio tibiisque rubris; plumis alarum et colli antichi viridi marginatis; remigibus brunnescentiflavis, ceteris coeruleis.

*Londini* eum vidi venu prostantem.

† 61. *Psittacus riciniatus* *Bechst.*

In Moluccis.

54. *Vaill. Lori à chaperon bleu.*

Magnitudine mediocri; cauda acuta, dimidia corporis magnitudine; alis obscure viridibus, violaceis et rubris; cauda coccinea; pectoris et abdominis macula magna, orbiculari, tum regione circa collum et verticem coeruleis; facie, gula dorsoque coccineis; rostro parvo, rufo.

*Amstelodami* in Museo *Rayano*.

† 62. *Psittacus Novae Guineae* *Lin.*

In Madagascar, nova Guinea et India.

49. *Vaill. Lori noir.*

*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*

tab. 110.

Ex nigricante violaceobrunnescens; remigibus brunnescentibus; rectricibus gradatis, infra dilute coccineis, apicali parte flavis; rostro nigro; cauda vix corpore breviori. — 10<sup>1</sup>/<sub>2</sub> poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi*.

† 63. *Psittacus platurus* *Temm. et Kuhl.*

In Nova Caledonia, auctore *Cl. Temmink.*

Sincipite circumscripte cinerascencoeruleo; inter oculos macula rubra; inter collum et dorsum fascia ochraceoaurantiaca; capite colloque viridibus, splendentibus; latere inferiori flavescenti-viridi; dorso cinerascenti-viridi; alis canescencoeruleis; remigibus rectricibusque latere superiori saturate viridibus, latere inferiori coerulescentibus; caudae apice coerulea, duabus rectricibus intermediis viridibus, multo longioribus, ea rhacheos parte, quae ceteris rectricibus longior est, nuda.

In Museo *Temminkiano*.

† 64. *Psittacus formosus* *Lath.*

In nova Hollandia frequens.

*Psittacus terrestris* *Lew. Mus. tab. 53,*  
bona.

*Perruche ingambe Vaill. 32.*

*Pezoporus formosus Illiger in Pro-*  
*dromo.*

*Psittacus terrestris Shaw Zool. of New*  
*Holland I. 1. p. 9. pl. 3.*

*Shaw Miscell. 228.*

Falculis gracilibus, tenuibus, rectiusculis; tarsi elevatis; viridis, flavo nigroque fasciatus; fronte rubescente; cauda corpore longiori itidemque fasciata. — long. 12. poll. et ultra.

In Museo *Temminkiano*, *Rayano Amstelodamensi*, *Berolinensi* et omnibus *Angliae* museis; — in Mus. *Parisiensi* 2 (e terra de Diemen), in *Laugieriano*, *Groningano*. — *Londini* eum vivum vidi.

† 65. *Psittacus novae Zeelandiae Lath. spec. 59.*  
In *Nova Zeelandia*.

Mus. carlson. 28. fig. optima, quam  
*Lathamius* non citavit.

*Psitt. pacificus Lath.*

Viridis; fronte, sincipite maculaque postoculari et ad uropygii latera coccineis; remigum primarum vexillis externis coeruleis; latere superiore obscuriori, inferiori viridiflavescente; tectricibus ad remigum longiorum basin coeruleis; cauda supra viridi, infra nigroflavicante, gradata, corporis longitudine; rostro crassiusculo, corneo, maxillae basi plumbea; tarsi elevatis, digitorum longitudine, unguibus teretiusculis. —  $10\frac{1}{4}$  poll. longus, statura *Ps. pertinacis*.

Variat 1) fronte brunnescente;

2) uropygio toto viridi. *Forster Icon 46.*

In Museo *Bullokiano Londinensi* specimina 3 vidi.

† 66. *Psittacus ulietanus Lath. (ex definitione.)*  
In *Nova Hollandia*.

*Icon o.*



Capite, alis, caudaque longa fuscescentinigris; dorso, tectricibusque scapularibus fuscoolivaceis, uropygio obscure purpurascente.

*Adnot.* Ps. pacifico magnitudine et rostri forma proximus.

In Museo *Bullokiano*.

† 67. *Psittacus erythronotus mihi*.

In Nova Hollandia.

Icon o.

Dorso alarumque tectricibus et latere inferiori olivaceis; uropygio ex sanguineo purpureo; fronte brunnescente; capite viridi; facie laete viridi; rostro corneo, basi plumbeo, crassiusculo; cauda supra coerulescente, medio virescente; remigibus longis fuscis, vexillo externo coeruleo; tarsi elevatis.

*Adnot.* Ps. novae Zeelandiae proximus.

In Museo *Bullokiano*, nunc in *M. Britannico*.

† 68. *Psittacus cornutus Gm. L.*

In Nova Caledonia.

*Latham* Icon. valde mediocris.

Psitt. bisetis *Shaw.* et *Lath.*

— caledonicus *Lath.*

Capite supra sanguineo, plumis duabus elongatis, erectis, angustis, viridibus, apice rubris; colore supra viridi; infra virescentiflavo; loris et macula ad mandibulae latera nigris; fascia aurantia ab uno oculo ad alterum per cervicem ducta; remigum vexillo interno nigro, tectricibus magnis baseos

coeruleis; cauda latere inferiori nigra, versus apicem coerulescente, latere superiori basi viridi, apice coeruleo. — 12 poll. longus.

In Museo *Temminkiano* et *Bullokiano*.

† 69. *Psittacus auriceps mihi*.

Nova Hollandia.

*Ps. pacificus Lath.* var *C.*

Icon o.

Frontis fascia angusta, ad oculos utrinque producta, purpurea; capite supra flavescenti-aureo, superciliis latere superiori et inferiori viridibus, — infra flavescitviridi; cauda longa, viridi, flavo marginata; remigibus nigrofuscis, viride anguste marginatis, basi coeruleis; rostro basi plumbeo.

*Adnot.* *Ps. coccineo proximus* ejusdemque longitudinis.

In Museo *Bullokiano*, nunc *Britannico*.

† 70. *Psittacus concinnus Shaw*.

In Nova Hollandia et praesertim in Botanybay frequens.

*Perr. à bandeau rouge Vaill.* 48.

*Shaw* Miscell. 87.

*Psitt. australis Lath.* Index no. 66,  
nec *Ps. australis Gm. L.*, nec *Ps.*  
*australis Shaw*.

— *rubrifrons Bechst.*

Fronte, loris et taenia postoculari descendente coccineis; capite supra viridicoeruleo; rectricum basi rubra; macula flava ad pectoris latera; collo postico et interscapulio fuscoviridibus; ceteris

partibus laete viridibus; cauda corpore breviori. — long.  $8\frac{3}{4}$  poll.

Observavi hunc in multis museis, v. c. *Temminkiano*, *Berolinensi*, et cunctis fere *Britannicis*, porro in Museo *Parisiensi*, *Laugieriano*, al. Multos etiam vivos vidi.

† 71. *Psittacus pusillus* *Lath.*

Patria: Nov. Hollandia.

*Perruche à face rouge* *Vaill.* 63.

*White* 262.

Viridis, regione circum rostrum et caudae basi coccineis; collo postico brunnescentiflavicante; latere inferiori dilutiori; rostro nigro; cauda acuta, gradata, corpore breviori. — long.  $6\frac{1}{3}$  poll.

In Museo *Temminkiano* et *Bullokiano*, in *Parisiensi* 2, *Berolinensi*, *Laugieriano*.

† 72. *Psittacus humeralis* *Bechst.*

In Nova Hollandia.

*Perruche* *Vaill.* 50.

Fronte, gula et laterum maculis coccineis, regione interoculari azurea, capite supra et alarum margine harumque, tectricibus minoribus et majoribus coeruleis; corpore viridi; rectricibus intermediis brunnescentirubris, apice coeruleis; alarum flexura purpurascente; regione inter oculos et rostrum flava; crisso rufescente.

In Museo *Rayano Amstelodamensi*, in *Bullokiano Londinensi* plures. Satis rara videtur avis.

† 73. *Psittacus discolor* Lath.

In Nova Hollandia.

Ps. Latham *Vaill.* 62.*Psittacus Lathamii* *Bechstein*, qui male eum novam speciem proposuit.

Regione angusta circum rostrum et carpo coccineis; corpore viridi, infra dilutiori; cauda valde gradata et corporis fere longitudine; alis longis, acutis; remigibus nigricantibus, flavo marginatis; tectricibus ad basin remigum coeruleis; tectricibus alarum inferioribus coccineis; rectricibus supra rufis, versus apicem coeruleis. — 8 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*; — in *Parisiensi* 2.74. *Psittacus australis* *Brown*, — nec *Latham.* nec *Lin.*

Icon o.

*Observ.* *Ps. australis* *α* *Gm. L.* — *Ps. pipilans* *Lath.*— — *Latham.* — *Ps. concinnus* *Shaw.*

Saturate viridis; fronte antica, mandibulae regione, carpo et alarum tectricibus inferioribus rubris; regione inter rostrum oculosque flavicante; regione interoculari alarumque margine coeruleis; remigibus nigris flavo marginatis; rectricibus angustatis, longis, sordide rufis, versus apicem dilute coerulescentibus.

*Adnot.* Est magnitudine et forma *Ps. pulchelli*.In Museo *Societatis Linneanae Londinensis*.75. *Psittacus chlorolepidotus* *mihl.*

Patria: Nova Hollandia.

Icon o.

Dorso, pectore et abdomine superiore luteis, viridi squamatis; alis viridibus, earum tectricibus inferioribus basique vexilli interni rectricum rubris; cauda supra viridi, infra rufescentiflava; rostro rubro; tarsis brevioribus, crassioribus. — Ps. concinni magnitudine et forma.

In Museo *Societ. Lin. Londinensi.*

† 76. *Psittacus undulatus Shaw.* 673. (fig. mediocri.)

*Der blaubartige Sittig.*

In Australasia rarissimus.

*Observ.* Cave, ne pro Ps. undulato *Licht.* eum habeas, qui ad sectionem, *Perruche Ara* dictam, pertinet.

Capite virescentiflavo et coerulescentinigro anguste undulato; gula flavicante, barbicula coerulea; latere inferiori viridi, superiori olivaceofusco, fasciis brunnescentibus; remigibus virescentibus; cauda elongata, acuta, coerulescente; rectricibus lateralibus viridiflavo marginatis. — Ps. pusillo proximus ejusque fere magnitudine.

In Museo *Bullokiano* et in Museo *Societ. Linneanae Londinensis.*

† 77. *Psittacus ultramarinus mihi.*

Patria: an Nova Hollandia?

Icon o.

Fronte, collo postico, dorso, alis caudaque ultramarinis; capite supra, pectore, carpo tibiisque coeruleis; collo antico abdomineque albo brunneo-

que variis; maxilla flava, mandibula cornea; alis longis; cauda rotundata, corporis longitudine. — Magnitudine Ps. virescentis, Ps. concinno proximus.

In Muséo *Bullokiano*.

† 78. *Psittacus chrysostomus mihi*.

In Nova Hollandia frequens.

Icon Tab. I.

*Observ.* Ab autoribus et in ipso etiam Museo *Societatis Linneanae* cum Ps. pulchello confusus.

Loris et periophthalmiis flavis; fascia angusta frontali ad oculos producta alarumque tectricibus inferioribus et superioribus caudaque supra coeruleis, hujus apice flavo, inferiore facie autem nigra, flavo cincta; remigibus alarumque margine nigris, coeruleo irroratis; latere superiori olivaceoviridi; collo antico pectoreque laete viridibus; abdomine flavo. — Ps. pulchello proximus ejusque magnitudine, 8½ poll. longus.

Femina differt loris et periophthalmiis viridiflavis, fascia frontali dilutiori, ceteroque corpore minus splendido.

In Museo *Societ. Linneanae Londinensis*, in *Bullokiano* multi, in *Laugieriano*.

† 79. *Psittacus pulchellus Shaw*.

Patria: Nova Hollandia.

Ps. Edwards *Vaill.* 68. mas junior.

*Psittacus Edwardsi Bechstein*, qui male eum novam judicavit speciem.

*Shaw.* M. 96. fig. bona maris adulti.

Mas adultus. Supra viridis; fronte, facie alisque azureocyaneis; humeris sanguineopurpureis; latere inferiori flavo; cauda corpore longiori, gradata; rectricibus 2 externis flavis, basi tantum nigro viridique tinctis, tertia et quarta apice tantum flavis, reliquis supra viridibus, infra nigris; rostro nigro. — long. 8½ poll.

Mas junior. Latere inferiori viridiflavo, abdomine macula aurantia, humeris non sanguineopurpureis.

Femina differt a mare adulto facie gulaque viridibus et vestigiis tantum coerulei in fronte.

In Museo *Temminkiano*, *Bullokiano* et *Societatis Linneanae*, in *Parisiensi* 3, *Berolinensi*, *Laugieriano*.

80. *Psittacus zonarius* *Shaw* 657. *Miscell.*

In *Australasia*.

*Psitt. viridis* *Shaw*: *gener. Zool.*

Cauda longitudine corporis, gradata; capite, facie remigibusque nigris; torque nuchali et fascia abdominali lata flavis; corpore caudaque viridibus. — *Ps. tabuensis* magnitudine.

Valde diversus a *Ps. annulato* *Bechst.*

79. *Psittacus palmarum* *Latham* No. 57. — *Ind.* No. 68.

*Patria*: *Tanna Insula*.

*Forsteri* icon 48. *Bibliothecae Banksianae*.

*Submacrourus*, viridis, subtus viridiflavicans; rostro pedibusque rubris; remigum apicibus marginibusque nigris; caudae apice flavescente. — 8 poll. longus.

*Figura Forsteri* distinctam indicat speciem.

† 82. *Psittacus spurius mihi.*Patria: *Nova Hollandia.*

Icon o.

*Observ.* Juvenem credo cujusdam speciei, quem adultum videre nulli adhuc contigit.

Frontis parte antica rubella; latere superiori olivaceoviridi (plumis nigricanti marginatis); uropygio flavo (plumis rubro marginatis); facie tota viridi; pectore abdomineque vinaceis, hoc reflexu coerulescente viridique; crisso viridiflavo rubroque vario, scilicet basi plumarum viridiflava; cauda supra obscure viridi, infra albocoerulescente, fascia mediana nigra; rectricis externae vexillo externo ceterarumque parte subapicali coeruleis, apicali alba; remigibus nigris, primarum basi ad vexillum externum coerulea. — Magnitudine *Ps. elegantis*.

In Museo *Parisiensi*.

† 83. *Psittacus venustus Brown.*In *Nova Hollandia.*

Icon o.

Capite nigro, macula ad mandibulam alba, coeruleo circumdata; collo postico, dorso, tectricibus scapularibus totoque latere inferiori nigro stramineoque squamatis; alis caudaque coeruleis; rectricibus lateralibus coerulescentialbo-terminatis; crisso rubro. — Magnitudine *Ps. elegantis*.

In Museo *Societatis Linneanae Londinensis.*



† 84. *Psittacus cyanomelas mihi.*

In Nova Hollandia.

*Psittacus melanocephalus Brown.**Brownii* nomen mutandum erat, quia jam alium *Psittacum* ejusdem nominis habemus.

Viridis; capite nigro, macula ad mandibulam coerulea; abdomine medio collique postici torque flavis; remigibus basi, tectricum et caudae ambitu coeruleis; tarsi longiusculis.

In Museo *Societatis Linneanae Londinensis*.† 85. *Psittacus erythropterus Lath.*

In Australasia.

*Ps. melanotus Shaw* 655, — avis adulta.*Ps. jonquillaceus Viellot* Dict.

Cauda rotundata, supra laete viridi, infra nigra, fascia flava terminata, alis majori fere, ac corporis, longitudine; rostro rubro, mediocri; uropygio lazulino; capite colloque laete-dorso remigibusque obscure viridibus; latere inferiori flavescentiviridi; alis subtus nigris, tectricibus majoribus et minoribus coccineis. — *Ps. elegantis* magnitudine et forma.

In juniore alae virides, coccineo intermixto.

In adultis dorsum et tectrices scapulares nigrae, majoribus et minoribus coccineis.

In Museo *Bullokiano* 2, in Mus. *Societatis Linneanae* plures vidi, 2 in *Parisiensi*.

† 86. *Psittacus icterotis* *Temm. et Kuhl.*

In *Nova Hollandia*.

Macula flava rotundata a mandibula inde ad tempora; capite supra, collo postico et latere inferiori coccineis flavoviridi mixtis, qui color forte in adulto evanescit; latere superiori virescente, plumis his omnibus basi fuscis; alarum margine, rectricum majorum vexilli externi basi et rectricibus lateralibus coeruleis, intermediis olivaceoviridibus; rostro parvo (dimidia parte minori, ac in *Ps. eximio*, cui proximus); cauda lata, corpore longiori. 10½ poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi* 2.

87. *Psittacus eximius* *Lath.*

In *Nova Hollandia* frequens.

*Perruche omnicolore* *Vaill.* 28. 29.

*Psitt. omnicolor* *Bechstein*, qui male eum novam existimavit speciem.

*Psitt. eximius* *Shaw* M. 95.

— — *Shaw Zool. of New Holland* I. tab. 1. bona.

Macula rotunda alba ad mandibulae basin; capite, facie, colli lateribus, pectore et crisso coccineis; dorso nigro, plumis singulis viridiflavo cinctis; abdomine flavo; uropygio viridi; alis ex nigro et coeruleo variis; cauda gradata, coerulea, apicali parte dilutiori; rectricibus 2 intermediis viridibus. — 12 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Bullokiäno* et reliquis *Anglicis*, in *Parisiensi*, *Laugieriano*. — Multos etiam vivos vidi.

- † 88. *Psittacus multicolor* *Brown*, nec *Gm. L.*, qui *Ps. semicollaris* *Lath.*

In *Nova Hollandia*.

Icon o.

Viridisplendens; dorso olivaceoviridi, fronte flavescente; regione interoculari media rubra; abdomine infimo flavorubescente; humeris aurantiis; alarum margine, tectricibus inferioribus remigumque vexillo externo coeruleis, vexillo interno nigro; cauda valde gradata, coerulescente, viridi nigroque mixta; rostro corneo; tarsis longiusculis. — *Ps. icterotis* magnitudine et forma.

In Museo *Societatis Linneanae Londinensis*.

- † 89. *Psittacus elegans* *Lath.*

Vulgaris in *Nova Hollandia*.

*Psittacus gloriosus* *Shaw* 53. fig. adulti satis concinna.

*Perr. à large queue* *Vaill.* 78. 79.

*Psitt. Pennantii* *Lath. spec.* 26.

*Psitt. splendidus* *Mus. Leveriani* tab. 7. optima *Shaw*.

Coccineosanguineus; macula ad mandibulae latera, cauda alisque coeruleis; dorso et alarum tectricibus nigris, coccineo marginatis. — long. 13-14 poll.

Junior supra viridis, infra viridiflavus, plumis coccineis intermixtis, macula coerulea ad mandibulas.

Variat partibus iisdem aurantiorubellis, quae in ceteris coccineosanguineae sunt. — Museum *Laugierianum*.

Vulgaris in omnibus museis. — In *Berolinensi*, *Parisiensi*, *Laugieriano*, *Temminkiano* et *Anglicis* omnibus. —

Multos vivos vidi.

- † 90. *Psittacus Brownii mihi.*  
In Nova Hollandia.

*Vaillant* tab. 80.

Fronte rubra, macula ad mandibulae basin magna coerulea; capite supra, colli lateribus et omni latere inferiori flavescentibus; collo postico, dorso et alarum tectricibus scapularibus et minoribus ex nigro et viridi variis; alarum tectricibus majoribus et rectricibus lateralibus coeruleis; remigibus nigricantibus, vexilli exterioris basi coerulea, parte apicali pallida; rectricibus intermediis viridiolivaceis. — 14 poll. longus. Ps. eleganti proximus ejusque magnitudine.

Ab autoribus varietas Ps. elegantis habetur, sed distincta est species auctore illustrissimo Brown, inter rei herbariae studiosos longe celeberrimo, qui hunc et Ps. elegantem saepenumero vivos ipse observavit.

Multos vidi *Londini* et in Museo *Temminckiano*, *Parisiensi* et *Laugieriano*.

- † 91. *Psittacus scapulatus Bechst.*  
Vulgaris in Nova Hollandia.

*Grande Perruche à collier et croupion bleues Vaill.* 55. 56.

*Psittacus tabuensis Lath.* var.  $\beta$  et  $\gamma$ .

An Ps. amboinensis *Lin. Buffon* 240. pl. enl.?

*Psittacus tabuensis Shaw.*

Tectricibus scapularibus viridiflavescentibus; mas adultus capite, collo omnique latere inferiori coccineis; uropygio et torque angusto nuchali coeruleis;

alis dorsoque viridibus; cauda nigricante, corporis longitudine. — Long. 15½ poll.

Mas junior caudam habet magis viridi tinctam, caput, collum et pectus viridia, vestigia coccinea in fronte et pectore, torquem coeruleum nullum.

Femina a juniore non admodum diversa; pedibus et abdomine infimo coccineis.

Observavi istum in Museo *Temminkiano*, *Berolinensi* et omnibus Angliae museis, porro in *Parisiensi* plures et in *Laugieriano*, multosque vidi vivos.

Varietatem vidi Londoni. Capite, latere superiori, alis caudaque virescentiflavis. Uropygio coerulescente, pectore flavescitirubro, abdomine rubro.

In Museo *Parisiensi* adulti et juniores.

† 92. *Psittacus tabuensis* *Lath.*  
In Nova Hollandia.

*Psitt. atropurpureus* *Shaw.* Mus. Linn.  
ver. 34. *Lath.* fig.

*Forsteri* icones in Biblioth. Banksiana  
tab. 42. optima.

Capite brunnescentipurpureo; collo et latere inferiori toto purpureis; latere superiori psittacino; cauda lata, viridi, coeruleo circumcincta; alarum margine et remigibus coeruleis; rostro multo robustiori, quam *Psittaci* scapularis; ad mandibulae basin plumis nonnullis coeruleis. — 16-17 poll. longus, *Ps. scapularis* statura et forma.

In Museo *Bullokiano*.

† 93. *Psittacus passerinus* *Lin.*

Vulgaris in Brasilia.

*Buffon* 455. fig. 1, qui eum false ex Africa oriundum exhibuit.*Psittacus capensis* *Shaw* *Miscell.* tab. 895.

Viridis, supra obscurior; cauda gradata, brevi, viridi; alarum tectricibus inferioribus uropygioque maris remigibusque ejusdem brevioribus et tectricibus longis coeruleis; feminae solis tectricibus magnis ad remigum basin coeruleis, uropygio et remigibus brevioribus coerulescentiviridibus. — Long.  $4\frac{3}{4}$  poll.

Juniores coeruleo nullo.

Magnam copiam vidi *Berolini* et *Amstelodami*. In Museo *Heidelbergensi*, *Groningano*, *Principis Maximiliani*, *Parisiensi*.

† 94. *Psittacus St. Thomae mihi.*Patria: Insula *St. Thomae*.

Laete viridis, unicolor, subtus magis flavicans; regione, rostrum maris cingente, flava, feminae viridiflavescente; cauda subtus dilute flavicantiviridi, versus apicem magis e flavo subbrunnea; alarum vexillis internis nigris, remigum secundi ordinis flavicantibus; rostro pallido; femina fronte flavicantiviridi. —  $4\frac{1}{3}$  poll. longus.

In Museo *Laugieriano* et *Parisiis* apud mercatores.† 95. *Psittacus Tui Gm. L.*In *Cajana* vulgaris.70. *Vaill. Perruche tui. Buffon* 456. 1.

Viridis, sincipite et macula postoculari flavis; cauda rotundata, longiuscula, acuta, corpore breviori;

latere inferiori dilutiori; facie coerulescentiviridi. —  
5 $\frac{2}{3}$  poll. longus.

In Museo *Temminkiano* et *Parisiensi* 2.

† 96. *Psittacus surdus Illiger.*

Patria: *Brasilia.*

Icon o.

*Psittacus ochrurus* Princ. Maximil.

Rostro flavo, periophthalmiis nudis, cinerascens; facie et regione circum rostrum flavobrunnescentibus; latere inferiori laete viridi, superiori et collo laterali livide viridibus; humeris, dorso uropygioque pulchre viridibus saturatis; remigibus secundi ordinis apice nigris; tectricibus scapularibus brunneoolivaceis; cauda subcuneiformi, ferrugineoflava, marginibus apiceque nigris; rectricibus 2 intermediis, apice excepto, viridibus. — *Brachyurus*, 6 $\frac{3}{4}$  poll. longus.

Juniores caudae margine laterali viridi insignes sunt.

In Museo *Temminkiano*, *Principis Maximiliani*, *Groningano*, *Berolinensi*.

† 97. *Psittacus melanonotus Lichtenst.*

In *Brasilia.*

*Psittacus erythrurus* Pr. Maxim.

Viridis; dorso, tectricibus scapularibus uropygioque brunneonigris; abdomine griseo irrorato; alarum margine antico rubro; cauda purpureococcinea, fascia lata apicali et laterali cincta; rectricibus intermediis viridi nigroque terminatis. — *Psittaco surdo* vix minor ejusdemque staturae.

In Museo *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Groningano*,  
*Temminkiano*.

† 98. *Psittacus purpuratus* *Lath.*

Patria: *Cajana*. Icon o.

Viridis, ad latera viridiflavescens; capite colloque supra cinerascens; uropygio et carpi margine coeruleis; tectricibus scapularibus remigibusque brunnescentinigris, his viridimarginatis; cauda quadrata, splendidissime purpurea, apice viridi, fascia nigra marginulata, rectricibus intermediis 4 viridibus. — Ps. melanonoto proximus, attamen satis distinctus.  $6\frac{1}{4}$  poll. longus.

*Observ.* *Lathamii* descriptio aliquantum differt.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*, *Bulloniano*.

† 99. *Psittacus melanopterus* *Gm. L.*

Patria: *Insula Trinitatis Americae meridionalis*.

*Adnot.* Autores eum *Asiae incolam* crediderunt.

*Shaw* 132, fig. bona.

69. *Vaill. Perruche Javane. Buffon* 791. 1.

*Brown* *Illust.* tab. 8.

Capite viridiflavo, latere inferiori coerulescentiviridi, latere superiori nigro, cervice nigro squamulato; alarum tectricibus longis flavis, coeruleo terminatis; alis acutis, cauda sublongioribus; cauda fere aequali, lilacino, fascia subapicali nigra; rectricibus intermediis fascia nulla. —  $5\frac{1}{2}$  poll. longus.

*Observ.* Ubique fere cum *Ps. microptero* nostro, ave *Luçonensi*, est confusus.



In Museo *Temminkiano*, *Leydensi*, *Harlemensi*, *Gronin-*  
*gano*, *Parisiensi*, *Bullokianno*.

† 100. *Psittacus pileatus* *Gm. L.* (nec *Ps. pileatus* *Scopoli.*)  
Rarus in *Guiana*.

135. *Vaill. Perruche Caica. Buffon* 744.

Mas *viridisplendens*; capite colloque antico *nigris*,  
rostris *rubro*, *periophthalmiis nudis albis*; collo *pos-*  
*tico aurantioochraceo*, *plumis fusco marginatis*;  
*pectore ochraceoolivaceo*; *cauda breviuscula*; *apice*  
*tantum coerulea*; *remigibus nigris*, *externe viridi*  
*marginatis*.

Femina capite *viridinigricante*.

*Observ.* In *Vaillantii* figura *periophthalmia alba*  
*omissa sunt*.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Bullokianno*, *Parisiensi*,  
*Harlemensi*, *Laugieriano*.

† 101. *Psittacus Barrabandi* *Vaill.*

In *Brasilia* rarissimus.

134. *Perruche Caica Barraband Vaill.*

Capite *plumato colloque nigris*, *macula ad man-*  
*dibulam rotundatodeflecta lutea*; *humerorum mar-*  
*gine antico tibiisque aurantiis*; *alarum tectricibus infe-*  
*rioribus coccineis*; *pectore olivaceo*; *remigibus coeru-*  
*leis*, *subtus viridibus*; *caudae basi flava*; *lunula nu-*  
*chali nulla*; *corpore reliquo viridi splendente*. —  
*Ps. pileato et vulturino aliquanto major*.

*Observ.* A *Ps. vulturino*, cui *prae aliis proxime*  
*accedit*, capite *plumato facile distingues*.

In Museo *Parisiensi*.

† 102. *Psittacus vulturinus Illiger.*

Patria: Brasilia.

Figura o.

Viridi splendens; capite calvo, nigricante; abdomine smaragdino; torque cervicali rectricumque vexillis internis flavis, pectore olivaceoflavicante; alarum tectricibus inferioribus coccineis, humeris aurantiis; collo postico nigricante; remigibus coerulescentinigris, marginibus apicem versus flavis; caudae apice coeruleo.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano*, *Parisiensi*.† 103. *Psittacus canus Gm. L.*

In Insula Madagascar et St. Mauritii.

*Buffon* 791, fig. 2.*Shaw* Miscell. 425, fig. bona maris.

Capite, collo pectoreque albescenticanis, reflexu subviolaceo; abdomine crissoque laete flavoviridibus; uropygio smaragdino; cauda brevi, gradata, viridi, fascia subapicali nigra; alarum tectricibus inferioribus nigris; reliquis fuscescentiviridibus.—  
5 $\frac{1}{3}$  poll. longus.

Junior capite tantum albescenticano, viridi mixto.

Femina viridis, capite dilutiori.

In Museo *Temminkiano*, *Bullokiano*, *Groningano* et *Parisiensi* m. et f., in *Laugieriano* m. et f. — in *Harlemensi*.† 104. *Psittacus Swindernianus mihi.*

Patria: Africa secundum mercatores Londinenses.

Tabula II.

*Psittaculae* huic pulcherrimae nomen imposui *Clar. Theodori van*

*Swindern*, historiae naturalis Professoris Groningensis, cui publicas has qualescunque debui reddere gratias animi, per tot tantaque beneficia, a Viro humanissimo in me collata, devincti.

Capite supra nucaque splendide viridibus, torque nuchali nigro; dorso alisque obscure viridibus; uropygio caudaeque tectricibus superioribus lazulinis; facie, abdomine caudaeque tectricibus inferioribus flavescentiviridibus; pectore colloque toto viridichraceis; cauda alis brevior, basi coccinea, apice supra viridi, infra coerulescente, fascia nigra intermedia; remigibus nigris, viridi marginatis. — Ps. pullaris magnitudine et forma.

In Museo *Laugieriano*.

† 105. *Psittacus roseicollis Viellot Dict.*

Patria: Caput. bon. sp.

*Psittacus parasiticus* Mus. Temmink.

Icon o.

Pallide viridis; rostro valido; fronte et superciliis rubris, facie colloque antico rosaceis; alarum tectricibus inferioribus coerulescentiviridibus; uropygio et caudae tectricibus superioribus azureis; cauda coccinea, apice coerulescente, fascia nigra ante apicem; vexillis externis viridi marginatis. — Long. 6 poll.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

† 106. *Psittacus Galgulus Gm. L.*

In Philippinis Insulis.

*Hayes Portraits of rare birds*, fig.  
pag. 82.*Buffon* 190. fig. 2.*Spalowski Beiträge* II. tab. 6. optima.*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*,  
première espèce, pag. 76, *Isle de*  
*Luçon*, tab. 38, fig. inferior.

Plumis rigidis, coloris splendidissime viridis; rostro gracili, nigro; macula verticis coerulea circumscripta; torque inter collum et dorsum aurantio; uropygio et caudae tectricibus superioribus, caudae apicem fere aequantibus, et gula purpureococcineis; cauda supra viridi, infra coerulea. —  $4\frac{1}{4}$  poll. longus.

Femina differt colore coccineo nullo, virore dilutiori.

In Museo *Temminkiano* mas, in *Parisiensi* m. et f., in *Bullokiano* mas, in *Laugieriano* mas.† 107. *Psittacus philippensis Briss.*

In Philippinis Insulis.

*Psittacus minor Lath.**Buffon* 520, m. et f.*Sonnerat voy. à la nouvelle Guinée*,  
femelle de la 4.<sup>ième</sup> espèce.

Viridis, minus obscurus; fronte maris feminaeque coccinea; caudae alarumque latere inferiori coerulescente; uropygio caudaeque tectricibus superioribus, ejus apicem non attingentibus, coccineis; pectore maris coccineo.

In Museo *Berolinensi* et *Temminkiano*.

- † 108. *Psittacus vernalis* *Sparrm.* (nec *Ps. minor* *Sparrm.*,  
uti volunt *Parisienses.*)

Patria: Java, unde *Leschenault* adtulit.

Timor Insula, — *Péron* —

*Ps. vernalis* Mus. Carlsr. 29, a *Sonnerato* non descriptus.

Viridis, capite magis splendente, rostro rubro; latere inferiori corporis flavescens viridi, caudae coerulescente; uropygio caudaeque tectricibus superioribus, ejus apicem attingentibus, splendidissime coccineis; gutture in altero specimine subflammeo. — *Ps. galguli* magnitudine et forma.

In Museo *Parisiensi* 2.

- † 109. *Psittacus indicus* *Gm. L.*

In India orientali.

*Psittacus minor* *Lath.*, mas.

*Edwards* 6, mas.

*Ps. asiaticus* *Lath.*

*Sonnerat. voy. à la nouv. Guinée,*  
*le male de la 4.<sup>ième</sup> espèce, at non*  
*femina.*

Capite colloque livide viridibus, illo rubro tincto; rostro rubro, dente nullo, gula coerulescente; cauda alisque subtus coerulescentis maragdinis; uropygio caudaeque tectricibus superioribus, caudae partem dimidiam tegentibus, ex purpureo rubris; cauda supra, alis dorsoque obscure viridibus; pectore abdomineque laete flavescens viridibus.

Femina differt capite supra coerulescenti viridi.

In Museo *Parisiensi* m. f.

110. *Psittacus torquatus* Gm. L. (nec *Brissoni*, qui est *Ps. manillensis* *Bechst.*

Patria: Luçon Insula.

*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*  
pag. 77 tab. 59 espèce 3.

Viridis, dorso obscuriori; colli postici torque lato flavo nigroque transversim lineolato; cauda brevi, acuta, alarum longitudine; rostro pedibusque nigris. — Magnitudine *Ps. passerini*.

Femina differt torque coerulescente nigroque transversim lineolato.

111. *Psittacus simplex mihi*.

Patria: Luçon Insula.

*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée*,  
espèce 2 pag. 76 tab. 58, fig. superior.

Totus viridis, infra dilutior; rostro pedibusque canis; cauda brevi. — *Ps. galgulo* vix major.

*Observ.* Hanc *Sonnerati* figuram nusquam citatam inveni.

- † 112. *Psittacus pullarius* Gm. L.

In Asia et Africa.

*Buffon* 60.

Viridis, uropygio cyaneo; gula capistroque coccineis; cauda brevi, gradata, coccinea, apice fascia nigra et viridi; alarum tectricibus inferioribus nigris, carpi apice marginali cyaneo. — 5 circiter poll. longus.

Femina et avis junior differunt sincipite gulaque aurantiosanguineis, alarum tectricibus inferioribus carpique apice viridibus.

In Museo *Temminkiano* 2, *Groningano*, *Berolinensi*, *Parisiensi*, multosque vivos vidi.

113. *Psittacus micropterus mihi.*

Patria: Luçon Insula.

*Sonnerat voy. à la nouv. Guinée,*  
tab. 41.Semper cum *Ps. melanoptero* com-  
mutatus.

Rostro flavorubescente; capite, collo, abdomine fascia-  
que alarum transversa lata flavescens viridi-  
bus, vexillis externis plumarum, fasciam formantium,  
coeruleo marginatis; remigibus minoribus viridinigris,  
majoribus atris; cauda fascia lilacina, angustis-  
sima, continua; dorso alarumque tectricibus  
minoribus nigris. — *Ps. passerino* duplo major,  
6½ poll. longus; cauda alis 1 pollice longior.

† 114. *Psittacus malaccensis Lath.*

In Malacca.

Icon o.

*Psittacus macropterus.**Perruche azurée.*} Muséi  
Parisiensis.*Le petit Perroquet de Malacca Son-*  
*nerat voy. aux Indes II. pag. 212.*

Rostro crasso, coccineo; capite supra, caudae tectri-  
cibus superioribus uropygioque cyaneis; facie  
colloque postico coeruleocinerascentibus;  
dorso nigrocinerascente; latere inferiori livide  
vinaceo ochraceo; cauda infra flavicante; alis viri-  
dibus, cauda longioribus, tectricibus superioribus fla-  
vido marginatis, inferioribus coccineis, humeris  
purpureis. — *Ps. melanopteri* statura, sed paulo  
major, 6 fere poll. longus.

In Museo *Parisiensi.*

† 115. *Psittacus incertus* Shaw.

Habitat in India secundum Shaw.

*Shaw* Miscell. 769, fig. bona.

Brachyurus, viridis; rostro rufescente; tectricibus alarum inferioribus rubris; capite supra uropygioque coeruleis; alarum tectricibus majoribus et minoribus flavido marginatis, remigibus nigris, vexillo externo viridi. — Ps. melanopteri forma et vix major.

In Museo *Riddelliano Londinensi*.† 116. *Psittacus taitianus* Gm. L.

Insulam Otaheiti incolit.

Ps. porphyrio *Shaw* M. 7, fig. bona.*Otaheitan blue Parrakeet. Lath.* p. 59.

• *Perr. arimanon Vaill.* 65. *Buffon* 455,  
2. pl. enl.

Obscure coeruleus; facie, collo antico et pectore albis; rostro pedibusque rufis; cauda gradata, corpore breviori. — 5½ poll. longus.

Junior collo antico et pectore plumis fuscatis et albis variis, colore coeruleo minus lucido.

In Museo *Temminkiano, Bullokiano, Parisiensi*, — in *Laugieriano* Museo adultus et junior.

† 117. *Psittacus Sparrmanni* Vaill.

Patria: Otaheiti.

*Perruche Sparrmann Vaill.* 66.Mus. *Carlsonianum* tab. 27.

Toto corpore coeruleo; capitis plumis angustatis, lucidis; collo antico coerulescentialbo; rostro pedibusque rubris; cauda corpore breviori. — 6 poll. longus.

In Museo *Britannico*.



† 118. *Psittacus fringillaceus* Gm. L.  
Insulas australes incolit.

*Ps. porphyrocephalus* Shaw. M. 1. fig.  
valde mediocris.

*Psittacus pipilans* Lath.

— australis Gm. L. (non autem  
Latham.)

*Perr. fringillaire* Vaill. 71.

Capillo cyaneo, cristato; loris, facie, collo antico et macula abdominis sanguineis; fronte corporeque viridibus; abdomine infimo coerulescenti-violaceo; cauda gradata, infra flavida, corpore breviori. — Long.  $6\frac{3}{4}$  poll.

Junior Musei *Parisiensis* macula abdominis cyanea nulla, rubra minori.

In Museo *Temminckiano*, in *Parisiensi* 2.

† 119. *Psittacus Phigy* Bechst.  
Patria: Nova Hollandia.

*Perr. Phigy* Vaill. 64.

*Ps. coccineus* Shaw. Musei *Parisiensis*.

*Ps. Levallanti* Shaw Miscell. 909. fig.  
*Vaillanti*.

Latere inferiori, interscapulio facieque coccineo-sanguineis; cauda gradata, corpore multo breviori; fronte et abdomine infimo obscure coeruleis; cervice coerulescentinigro; alis, dorso, cauda, uropygio, crisso et colli parte postica superiori viridibus; rostro pedibusque albidis. —  $7\frac{1}{2}$  poll. longus.

In Museo *Temminckiano*, in *Parisiensi* 2.

† 120. *Psittacus melanocephalus* Gm. L.

In Brasilia, vulgaris in Cajana.

119. 120. *Perroquet Maipouri Vaill.**Buffon* 527.*Edwards* pag. 169, cum figura optima.

Capite supra nigro, collo postico aurantio, loris et latere superiori splendidissime viridibus; remigibus nigris, vexillis externis viridicoeruleis; colli lateribus et antica parte sulphureis; pectore ventreque albis; abdomine infimo crissoque aurantiis. —  $8\frac{3}{4}$  poll. longus.

In Museo *Berolinensi*, *Parisiensi*, *Temminkiano*, *Laugieriano*, *Harlemensi*.

† 121. *Psittacus leucogaster* Illiger.

In Brasilia rarus.

Icon o.

Cauda, alis, dorso tibiisque viridibus; pectore abdomineque albis; crisso, genis gulaque flavis; capite ochraceo, hic et illic nigrescente; rostro magno, albo; capite magno; corpore crasso. — *Ps. melanocephali*, cui proximus, figura et magnitudine.

In Museo *Berolinensi*, *Principis Maximiliani*, *Temminkiano*.

† 122. *Psittacus mitratus* Princ. Maximil.

Patria: Brasilia.

Icon o.

Corpore laete viridi, sincipite coccineosanguineo, facie, occipite gulaque viridi coccineoque variis; remigum vexillis externis coeruleis, viridi (et denique flavo) marginatis, carpo coeruleo; cauda

infra viridicoerulescente, supra viridi, parte apicali obscure cyanea.

Femina differt corpore magis olivaceo, coccineo nullo, sincipite coerulescente.

• *Observ.* Adulto etiam occiput coccineosanguineo colore tingitur.

In Museo *Principis Maximiliani*, *Temminkiano*, *Parisiensi* multi.

123. *Psittacus signatus* *Shaw.*

In Brasilia.

105. *Petit Perroquet verd* *Vaill.*

*Psittacus virescens* *Bechst.* (nec tamen *Lin.* et *Lath.*)

Corpore supra laete viridi subcoerulescente, infra flavicantiviridi; remigibus supra coeruleis, infra vexilloque interno toto nigris; tectricibus magnis ad remigum basin rubris; caudae parte basali maxima rubra. — Statura est mediocri.

† 124. *Psittacus cyanogaster* *Princ. Maximil.*

In Brasilia rarissimus.

Icon o.

Sabiasica Americanorum.

Pulchre saturateviridis; rostro albo; abdomine medio cyaneo; caudae longiusculae alarumque latere inferiori coerulescentiviridibus; caudae apice vexilloque externo paris remigum rectricumque primi coeruleis. — Magnitudine *Ps. menstrui*.

Femina differt abdomine viridi.

In Museo *Parisiensi* m. et f., in Museo *Laugieriano*.

† 125. *Psittacus brachyurus* *Temm. et Kuhl.*Patria: *Cajana.*

Icon o.

Dilute viridis; cauda brevi, quadrata; rectricibus quatuor externis basi purpureis, linea inter oculos et rostrum nuda, pilis raris nigris obsita; rostro valido. —  $8\frac{1}{4}$  poll. longus.

In Museo *Temminkiano.*† 126. *Psittacus menstruus* *Lin.*In *Guiana, Surinama et Brasilia vulgaris.**Buffon* 584.*Vaill.* 114.

Capite, collo pectoreque coeruleis, macula auriculari nigra; rostri basi rubra; abdomine alisque infra laete coerulescentiviridibus; dorso olivaceo, marginibus coeruleis; alarum tectricibus superioribus flavoolivaceis, remigibus splendidissime viridibus; cauda coerulea, vexillis internis basi crissoque coccineis; rectricibus intermediis viridibus. — 8-9 poll. longus.

In Museo *Laugieriano, Temminkiano, Parisiensi, Berolinensi, Principis Maximiliani.*

† 127. *Psittacus Maximiliani mihl.*In *Brasilia vulgaris.*

Icon o.

*Psitt. cyanurus Princ. Maximil. Nomen Principis Maximiliani mutavi, quia Shaw alium ante Psittacum cyanuri nomine descripsit.*

Supra infraque olivaceoviridis; capite canescenti-  
viridi, facie viridi, fronte rubella (interdum brun-  
nescente), rostro flavescente, basi obscuro; collo an-  
tico et pectore reflexu coeruleo; remigibus et  
rectricibus intermediis splendidissime viridibus,  
rectricum lateralium parte apicali ad vexillum exter-  
num coerulea, parte basali vexilli interni crisso-  
que sanguineis. — 9 poll. longus.

In Museo *Laugieriano*, *Parisiensi*, *Principis Maximiliani*,  
*Temminkiano*, *Berolinensi*.

† 128. *Psittacus purpureus* Gm. L.

Patria: Guiana, (nec Brasilia.)

115. *Vaill.*

408. *Buffon.*

Mas. Rectricibus remigibusque alarumque tectricibus infe-  
rioribus nigrocoeruleis; crisso caudaeque basi ad vexilla  
interna coccineis; latere inferiori splendidissime pur-  
pureolilaceo; capite nigricanticoeruleo, regione  
parotica nigra, plumulis ad nares rubris, colli  
lateribus albo fuscoque longitudinaliter va-  
riis, latere superiori nigrobrunneo. — 8-9 poll.  
longus.

Femina differt latere inferiori fuscopurpurascente, pec-  
tore pallidiore, dorso alisque supra fuscis, plumarum  
apicibus pallidis, levi purpura tinctis, rectricibus secun-  
dariis reflexu virescente.

In Museo *Laugieriano* mas et fem., — in *Temminkiano*,  
*Parisiensi*, *Principis Maximiliani*.

129. *Psittacus sordidus* *Lin.*

In Brasilia.

104. *Perroquet brun Vaill.**Edwards Dusky Parrot.*

Gula rectricibusque lateralibus externe coeruleis; capite supra tectricibusque scapularibus ex viridibrunnescentibus; crisso sanguineo; genis, nucha facie alisque viridibus; latere infero rufobrunnescente; rostro rufo, versus basin flavicante. — Proximus *Ps. menstruus*, — statura mediocri.

*Vaillantius* vidit vivum *Lisboae*.† 130. *Psittacus amazonicus* *Lath.*

Vulgaris in Guiana et Surinama, neque tamen in Brasilia, auctore ser. Principe Maximiliano, qui hunc *Ps. aestivum* *Lin.* iudicat.

*Psittacus poikilorhynchus* *Shaw.**Psittacus ochrocephalus* *Lin.*— *ochropterus* *Gm. L.*— *barbadensis* *Gm. L. Albin. III. tab. 11.*

84. 90. *L'Amazone Vaill.* — *Psittacus Aurora* *Lin.* et *Ps. luteus* *Gm. L. Buffon* 120 varietas maris. *Buffon* 15 varietas flava. *Buffon* 512 fig. pessima maris. 98. 99. *Perroquet à epaulettes jaunes Vaill.*, varietas *Ps. amazonici* videtur, quae a vero amazonico non differt, nisi carpo flavo. In Cl. Temminkii Museo hunc contemplatus, nonnullas plumas coccineas veri *Ps. amazonici*, in carpo flavo sparsas, deprehendi.

*Psittacum paradisi* *Gm. L.* varietatem amazonici aliusve credo; est magnitudine *Ps. amazonici*, fronte et remigibus longissimis canescentibus, remigibus mediis basi coccineis, ceteris flavis, coccineo marginatis.

137. *Perr jaunè écaille Vaill. Buff. 336.*

*Avis polymorpha*, corpore crasso, cauda brevi, quadrata; viridis; plumarum marginibus nigris; carpo coccineo (in femina viridi); remigibus longis apicali parte coeruleis, remigibus mediis basi coccineis; fronte fascia coerulea; capite magis minusve flavo, coeruleo aut albido, plumis longis.

Femina differt sincipite tantum flavo, carpo viridi.

Variat corpore magis minusve flavo.

Mas ab omnibus speciebus distinctus est carpo coccineo, femina autem vix ab *Ps. agili* distinguenda, qui paullo tantum minor est genisque flavis et rectricum rube dine ad apicem fere protracta, cum in *Ps. amazonico* femina idem color jam in media cauda evanescat, neque in hoc genae flavae inveniantur.

In Museo *Parisiensi* nomine *Ps. aestivi L.*, in omnibus fere museis Europae.

† 131. *Psittacus aestivus Lin.*

In Guiana inque Brasiliae locis depressis vulgaris.

110 et 110 bis *Vaill. Perroquet Aourou couraou. Buffon 547 et 839.*

*Psittacus aestivus et agilis Lin. —*

*Psitt. agilis* male sectioni meae secundae adnumerabatur ab auctoribus; est

enim una eademque species ac *Ps. aestivus*, quod quidem *Buffonis* figurae, naturae optime congruae, primo intuitu probant.

*Edwardsii* figura 168 pessima est.

*Ps. ochrocephalus* *L.* secundum Principem Maximilianum.

*Ps. Aourou* *Shaw*.

A *Ps. amazonico* distinctu difficilis; minor, viridis, crassus, marginibus nigris; genis flavis; rectricibus lateralibus ad apicem fere usque coccineis; remigibus coeruleonigris, brevioribus, basi coccineis; carpo nunquam rubro; capite supra coerulescente (vel etiam coeruleo et flavo mixto); capitis plumis brevibus. — 12 1/2 poll. circiter longus.

In omnibus fere museis et museolis. Saepe vivus occurrit. In Museo *Parisiensi* nomine *Ps. ochrocephali* *Lin.*

† 132. *Psittacus Bouqueti* *Vaill.*

Patria: Brasilia.

135. *Vaill. Perroquet Bouquet.* —  
*Edwards* 250.

*Ps. coerulifrons* *Shaw*.

Facie remigibusque longioribus coeruleis; collo antico, pectore remigumque intermediarum basi coccineis; corpore viridi; caudae apice virescentiflava, vexillis internis rufescentibus. — Magnitudine et figura *Ps. aestivi*.

In Museo *Riddelliano*.



133. *Psittacus cyanotis* *Temm. et Kuhl.*

Patria: Peru.

106. *Vaill. Perroquet à joues bleues.*

161. *Edwards.*

*Psitt. brasiliensis* *Lin.*

— *autumnalis* var.  $\delta$  *Lath.*

Nomen Linneanum mutavimus, quod plures jam *Psittaci* idem nomen acceperunt.

Fronte et capistro toto sanguineis; genis, remigibus magnis et rectrice externa coeruleis, rectrice secunda sanguinea, ceteris omnique latere superiori splendide viridibus, latere inferiori viridi, pallidiore; caudae apice flava. — Magnitudine formaque *Ps. amazonici*.

*Madridae Vaillantius* vidit.

† 134. *Psittacus erythrurus* *mihi.*

Patria: Brasilia.

Viridis; plumarum lateris inferioris et dorsalium basi flavis, nigro marginatis; cauda alarumque margine interno coccineis, illa fascia apicali-flava; sincipite et regione inter rostrum et oculos rubro-purpureis, facie gulaque coeruleis, plumarum basi rubra, occipitis plumis coeruleo marginatis. — Magnitudine formaque *Psitt. amazonici*.

In Museo *Parisiensi*.

† 135. *Psittacus vinaceus* *Princ. Maximil.*

In Brasilia.

*Psittacus dominicensis* *Buffon* 792. musei *Parisiensi*, (qui autem junior *Ps. leucocephalus* est).

Rostro coccineo, apice basique albescenticorneo; supra viridis, plumis multis obscurius marginatis; margine frontali, ad oculos producto, rubro; genis, collo antico pectoreque vinaceis, plumarum marginibus dilute viridibus, his ad collum obscuriori adhuc margine circumdati; abdomine sensim tibiisque laete viridibus; plumis laterum obscure marginatis iisdemque colli postici latis, truncatis; remigum vexillo interno nigricante, externo viridi, apice coeruleo, quatuor posteriorum vexillo externo medio coccineo; cauda viridi, rectricum 3 externarum parte media coccinea, cunctarum apice viridiflava; alarum margine aureo, tectricibus inferioribus viridibus. — Ps. pulverulenti forma et magnitudine.  $13\frac{3}{4}$  poll. longus,  $25\frac{1}{4}$  latus.

In Museo *Principis Maximiliani* et in *Parisiensi* 3.

† 136. *Psittacus Dufresnianus Vaill.*

In *Cajana* et *Brasilia*.

*Psittacus coronatus* Musei Berolin.

(Jam adest *Ps. coronatus* *Lin.*)

91. *Vaill. Perroquet Dufresne junior.*

Adulti icon o.

Rostro robusto, rufescente; sincipite coccineo, regione inter oculos et rostrum flava, facie gulaque coerulescentibus; corpore viridi; remigibus parte apicali coeruleis, intermediis basi coccineis; alis infra laete viridispulentibus; cauda brevi, viridi, apice flavescenti-viridi, parte subapicali coccinea; abdominis plumis parte basali livide rubescentibus. — Ps. amazonico aliquanto major.

Junior fronte aurantia ad oculos flava, genis, gula colli-  
que lateribus coerulescentibus.

In Museo *Berolinensi*, *Bullokiano*, *Temminkiano*, *Principis Maximiliani*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

137. *Psittacus autumnalis* *Lin.*

Patria: *Brasilia*.

111. *Vaill. Perroquet à joues orange.*

*Edwards* pag. 164, cum figura bona.

Fronte et remigum longiorum basi coccineis; genis aurantiis; capite supra et remigum parte apicali coeruleis; corpore caudaque laete viridibus, rectricum duarum externarum vexillo externo flavo.

† 138. *Psittacus havanensis* *Gm. L.*

Habitat in *Mexico*.

122. *Perroquet à face bleue Vaill.,*

figura junioris. *Buffon* 560.

Colli parte laterali et corporis latere inferiori lilacinis, plumis omnibus nigricante cinctis; dorso, alis abdominisque lateribus saturate viridibus; cauda quadrata, supra virescentipurpurea, reflexu lilacino, infra viridi; remigibus primoribus basi viridibus, apice coerulescentinigris, sequentium basi alarumque margine angusto sanguineis; capite supra ex viridi coerulescente, facie virescenticoerulescente et rubescente. — Crassus, magnitudine *Ps. pulverulenti*, 15 1/2 poll. longus.

Junior abdomine infimo flavicante, facie capiteque supra coeruleis ejusdemque et lateris inferioris plumis viridimarginatis.

In Museo *Temminkiano*.

† 139. *Psittacus leucocephalus* *Lin.*

Vulgaris in St. Domingo, nec in Guiana, neque in Senegalia, uti voluerunt autores.

Viridis, rostro albo, remigum vexillo externo coeruleo, interno nigro, plumis nigro cinctis. — 9-11 poll. longus.

Mas adultus sincipite et periophthalmiis albis, genis et collo antico rubris, abdomine infimo purpurascente, rectricibus lateralibus basi coccineopurpureis, externae vexillo exteriori cyaneo.

107. *Vaill.* *Perruche à face rouge.*  
*Buffon* 335 et 549.

Femina fronte coccinea, remigibus maris, ceteris partibus cunctis viridibus.

108. *Vaill.* 792. *Buffon.*  
*Psittacus dominicensis* *Lin.*

Mas junior differt ab adulto genis et collo antico viridibus et fronte, neque omni sincipite, alba.

109. *Vaill.* (cujus gula jam evadit rubra.) — 548. *Buffon.*

*Ps. leucocephalus* *Lin.* var.  $\delta$ .

Hornotinus totus viridis, remigibus tantum adulti.

108. (bis) *Vaill.*

In Museo *Groningano*, *Berolinensi*, *Parisiensi*, in *Temminiano* 3, — in *Laugieriano*, *Harlemensi*. Multos vidi vivos.

† 140. *Psittacus albifrons* *Lath.*

Patria?

Museum Carlsonianum 52.

Rostro et regione inter oculos et rostrum flavis, sincipite albo, plumis brevissimis, perioph-

thalmiis nudis, circulo circa oculos sanguineo, antice interrupto, regione parotica nigra; corpore viridi, marginibus latis nigris; cauda flavescentiviridi, remigum externarum basi sanguineo adpersa, reliquis coeruleis, tectricibus longis ad earum basin coccineis. — Ultra 9 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*.

† 141. *Psittacus pulverulentus* Gm. L.

In Cajana et Brâsilia frequens.

92. *Vaill. Perroquet Meunier. Buffon* 861.

Viridis, cinerascenti pulverulentus; remigibus nigris; facie laete viridi, macula verticis flava; margine alarum et remigum minorum parte majori coccineis, earum apicibus coeruleis; caudae rubedine nulla. *Psitt. amazonico* major, crassus, 15 poll. longus.

In Museo *Berolinensi*, *Bullokiano*, *Parisiensi*, *Temminkiano*, *Principis Maximiliani* et *Laugieriano*.

† 142. *Psittacus festivus* Gm. L.

Rarissimus in Guiana.

129. *Perroquet Tavaua Vaill. Buffon* 840.

Viridis, marginibus plumarum nigricantibus; uropygio coccineo; remigibus apice coerulescentinigris, basi cyaneis, tectricibus magnis ad remigum basin cyaneis; macula gutturali et suboculari coerulescentibus; fronte rubescente. — 11 1/2 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Rayano*, *Bullokiano*, *Parisiensi*, *Berolinensi* 3, *Laugieriano*.

- † 143. *Psittacus cactorum* *Princ. Maximil.*  
In Brasilia rarus.

Icon o.

Latere superiori laete viridi; vertice et collo postico fusco variis; capitis lateribus viridibus, collo antico dilute olivaceofusco; pectore abdomineque laete aurantiis; tibiis crissoque viridiflavis; cauda dilute viridi, remigum vexillis externis apicibusque coeruleis; tectricibus inferioribus dilute et obscure viridi variis. — 11 1/4 poll. longus.

In Museo *Principis Maximiliani*.

- † 144. *Psittacus accipitrinus* *Gm. L.*

*Psittacus coronatus* *Lin. Buffon* 526.

*Psittacus Clusii* *Shaw*.

Sincipité pallido, ex fuscescente ochraceo, vertice facieque pallide ochraceo fuscoque striolatis; pectore purpurascensifusco; cervicis plumis erectis, elongatis, abdominisque purpureis, fascia coerulescente terminatis; crisso, lateribus abdominis alarumque tectricibus inferioribus viridibus; remigibus rectricibusque infra fuscis. — *Ps. amazonico* vix major.

In Museo *Temminkiano, Berolinensi, Groningano, Harlemensi, Laugieriano, Parisiensi*.

- † 145. *Psittacus senegalus* *Gm. L.*

Ad Senegal Fluvium. — Olim rarus habebatur, hodie autem adfertur magna copia.

116-118. *Vaill. Perroquet à tête grise.*

*Buffon* 288.

Cauda brevi, aequali; capite colloque griseis; pectore fascia lata viridi, medio retrorsum acuminata; abdomine ex aurantio flavo; dorso, alis caudaque supra viridibus; alarum tectricibus inferioribus flavis. — Statura minor, robusta.

Variat corpore toto flavo.

In Museo *Temminkiano*, *Parisiensi*, *Bullokiano*, *Argentoratensi*, *Laugieriano*; — *Amstelodami* vidi viventem.

† 146. *Psittacus erythacus* *Lin.*

Patria: Africa.

99-103. *Vaill. Perroquet cendré.*

*Buffon* 511. *Edwards* 165.

Coerulescenticanus, facie nuda, alba; cauda sanguinea.

Variat 1) corpore nigricantiano, cauda nigricantirufa;

2) corpore magis minusve sanguineo.

In omnibus museis et museolis inveniendus; — multos vivos vidi.

† 147. *Psittacus Le Vaillantii* *Latham. Suppl.*

In Africa meridionali Vaillantius eum observavit, gregatim viventem.

130. 151. *Perroquet à franges souci.*

*Psittacus infuscatus* *Shaw.*

— *flammipes* *Bechst.*

— *caffer* *Lichtenst.*

quos omnes effugit,  
Ill. Lathamium  
avem jam bene no-  
visse.

Cauda brevi; capite, collo et pectore ex fusco cinerascenti-olivaceis; abdomine et uropygio viridi splendidibus; latere superiori ex brunneo et viridi vario; remigibus rectricibusque brunneis; alarum mar-

gine et tibiis aurantiis. — Statura mediocris, robusta.

Variat corpore aurantio maculato. — *Berolini* viridem vidi, alarum marginibus et tibiis aurantiis.

In Museo *Rayano*, *Berolinensi*, *Parisiensi*.

† 148. *Psittacus spadiceocephalus mihi*.

In Java Insula unde *Cl. Labillardière* attulit.

*Braunköpfiger Papagay.*

Icon o.

Brachyurus; capite toto maculaque humerum parva castaneis; corpore crasso, viridi, supra saturatori; alarum tectricibus inferioribus cyaneis; caudae quadratae vexillis internis flavis. — *Psitt. melanocephali* forma et magnitudine.

In Museo *Parisiensi* 2.

149. *Psittacus gramineus Gm. L.*

In Amboina rarissimus. An species americana?

121. *Vaill. Perroquet à calotte bleue.*

*Buffon* 862.

Capite supra reatricibusque coeruleis; linea nigra inter oculos et nares; corpore supra viridisplendente, infra flavicante; ocaudae latere inferiori ochraceo; genis flavicantibus. — 16 poll. longus.

Olim in Museo *Parisiensi*.

† 150. *Psittacus sinensis Lin.*

In Nova Guinea, in Insulis Moluccis (neque vero in China, uti voluerunt autores.)

*Psittacus Sonnerati Gm. L. Lath.* 1036.



152. *Perroquet à flancs rouges Vaill.*  
 figura mala. *Buffon* 514, figura  
 valde mediocris. *Edw.* 251, figura  
 bona.

*Psittacus magnus Gm. L.*

— *viridis Lath.* no. 125.

*Grand Perroquet verd de la nouvelle  
 Guinée Sonnerat* tab. 108.

Rostro magno, maxilla rubicunda, mandibula nigra; viridismaragdino splendens, lateribus et alarum tectricibus inferioribus coccineis; alarum margine cyaneo. — Statura maxima, robusta, 15 poll. longus.

In Museo *Temminkiano*, *Rayano*, *Bullokiano*, *Parisiensi*,  
*Laugieriano*.

† 151. *Psittacus Geoffroyi Vaill.*

In Nova Hollandia.

*Perroquet Geoffroy Vaill.* 112 et 115.

*Ps. personatus Shaw.*

Alarum tectricibus inferioribus et capite supra azureis; fronte, gula, facie et rostro sanguineis; reatricibus remigibusque viridibus; corpore crasso, robusto, splendidissime viridi, supra obscuriori; cauda alis longiori, quadrata. — 9½ poll. longus.

Femina tota viridis, plumulis genarum nonnullis rubris; coerulei nil ad alarum marginem, latere tamen alarum inferiori azureo.

In Museo *Temminkiano* mas; — in *Parisiensi* m. et fem.,  
 in *Laugieriano* mas.

† 152. *Psittacus Nestor* Lath.

In Nova Zeelandia.

Psitt. australis Mus. Leverian. tab. 21, bona.

— meridionalis Lin.

Rostro arcuato, maximo, colore corneo, maxilla altitudine duplo longiore; regione parotica ochracea, capite livide cinerascens; alis, cauda subtus alarumque tectricibus inferioribus fusco- et rubescente fasciatis; caudae apice ejusque latere superiori brunneis; uropygio et latere inferiori alteri ex coccineo-brunnescentibus, reliquis brunnescentibus; dorso alisque supra brunneis. — Ps. Banksiano proximus, magnitudine Psitt. sinensis, — 15 poll. longus.

In Museo *Bullokiano* 3.† 153. *Psittacus cristatus* Gm. L.

In Moluccis Insulis.

265. *Buffon*, figura bona.

Albus; crista magna lata truncata adpressa erectili, nec tamen antrorsum torta, alba; cauda basi alarumque latere interno sulphureis; rostro nigro. — Magnitudine Psitt. galeriti, —  $1\frac{1}{3}$  ped. longus.

In Museo *Parisiensi*, *Bullokiano*, *Laugieriano*, *Harlemensi*. — Vivum *Amstelodami* vidi.

† 154. *Psittacus Philippinarum* Gm. L.

In Philippinis Insulis.

Lath. no. 79. *Buffon* 191.

Albus, crista elongata plicata non compressa; crisso rubro; cauda infra remigumque vexillo interno sulphureis. — Ceteris minor, — 10 poll. longus.

In Museo *Temminckiano*, *Bullokiano*, nunc in *Laugieriano*.

† 155. *Psittacus moluccensis* Gm. L.

In Moluccis Insulis et in Sumatra.

*Psitt. rosaceus* Lath. no. 78. Buffon 498.

Ex rosaceo albus; crista maxima dependente rubra; rostro validissimo, valde deflexo, obscuro. —  $1\frac{1}{3}$  pedes longus.

In Museo *Parisiensi*, *Principis Maximiliani*, *Temminckiano*, *Bullokiano*, *Harlemensi*, *Laugieriano*, *Groningano*; multos etiam *Amstelodami* vidi vivos.

† 156. *Psittacus sulphureus* Gm. L.

In Moluccis Insulis.

*Buffon* 14. *Petit Kakatoës à hupe jaune*.

Albus, crista plicatili acuminata antrorsum torta minori (quam *Psitt. galeriti*); cauda alisque infra sulphureis; buccis plerumque sulphureis; rostro nigricante. — *Ps. galerito* multo minor, — poll. 11-12 longus.

Variat latere inferiori interdum obiter sulphureo tincto.

In Museo *Parisiensi*, *Bullokiano*, *Laugieriano*, *Groningano*, *Harlemensi*.

† 157. *Psittacus galeritus* Lath.

In Nova Wallia australi.

*Crested Kakatoe* White pag. 257  
tab. (327?)

Albus, crista plicatili acuminata elongata antrorsum torta caudaeque basi sulphureis; rostro corneo. — Magnitudine fere *Ps. rosacei*, —  $1\frac{1}{3}$  ped. longus.

In Museo *Temminckiano*, *Principis Maximiliani*, *Parisiensi*, *Laugieriano*, *Groningano*.

† 158. *Psittacus tenuirostris mihi.*

Patria: Nova Hollandia.

Ex rosaceo albus; crista parva frontali applanata et depressa erectili alba, basi rosacea; loris roseis; cauda fere ad apicem usque sulphurea; rostro flavo gracili rectiusculo porrecto. — *Psitt. sulphurei* magnitudine.

In Museo *Parisiensi*, *Bruksiano Londinensi*.

† 159. *Psittacus Eos mihi.*

In Nova Hollandia.

Subcristatus; capite, collo, omni latere inferiori et alarum latere interno roseis, ceteris plumis canis; cauda longiori, versus apicem saturatiori; rostro flavo. — *Ps. sulphureo* minor.

In Museo *Parisiensi*.

† 160. *Psittacus galeatus Lath. Suppl.*

Patria: Nova Hollandia; — Insula King, autore Peron.

*Latham*, tabula maris.

*Psittacus phoenicocephalus* Mus. *Parisiensi*.

Mas: cauda quadrata remigibusque nigricantibus; capite coccineo; crista antrorsum versa, plumis elegantissimis, gracilibus; corpore robusto, supra ex viridi nigricanticinereo, marginibus flavescentialbis; latere inferiori dilutiori, hinc inde rufescenti undulato. — 12 poll. longus.

Femina infra coccineo flavo et cinerascentinigro undulata; capite cinerascentinigro, crista antrorsum versa; latere

superiori, alis caudaque ex virescente nigricanteque cinereis, albido transversim undulatis.

In Museo *Temminkiano* mas et fem., in *Bullokiano* mas et fem., in *Parisiensi* 2 mares, in *Laugieriano* mas et fem.

† 161. *Psittacus funereus* Shaw.

In Nova Hollandia.

*Shaw* 186, figura mediocri.

Crista parva; caudae parte media maxima flavescente, punctis parvulis numerosissimis nigricantibus irrorata; rectricibus intermediis et corpore nigricantibrunneis; regione parotica flava. —  $1\frac{3}{4}$ —2 ped. longus. — Rostrum magis compressum et tenuius, quam reliquarum specierum proximarum, pallidum, apice corneum.

In Museo *Temminkiano*, *Berolinensi*, *Bullokiano*, *Societatis Linneanae*, *Parisiensi*, *Laugieriano*.

† 162. *Psittacus Temminkii mihi*.

Patria: Nova Hollandia.

Capite vix cristato, rostro lato, dorso carinato, corneo; collo et latere inferiori brunneis; alis dorsoque nigris, reflexu viridi; rectricum quinque exteriorum parte media coccinea, fasciis quatuor aut quinque nigris, interdum deficientibus, rectricibus duabus intermediis nigris. —  $16\frac{1}{2}$  poll. longus.

*Adnot.* A *Psitt. Leachii* et *Banksii* differt mandibula latiori, crassa multoque evidentius emarginata et dorso carinata, quae in *Psitt. Banksii* superne rotundata.

*Observ.* In Bullokii museo avem vidi, cujus rectrices nonnullae medio intervallo colore coccineo tinctae erant, nonnullae nigro fasciatae; — minor erat, quam omnes species proximae, maxillae autem basis latior et mandibula crassior, quam in reliquis.

In Museo *Bullokiano*, *Temminkiano*, *Parisiensi* mas et fem., — in *Laugieriano* fem.

† 163. *Psittacus Banksii* L.

In Nova Hollandia.

*Psittacus magnificus* *Shaw* *Miscell.* 50, fig. mediocris.

*Phyll.* 166 fig.

In *Lathamii* synopsi fig. 11.

*Shaw* *Musei Leveriani Explicatio.* 4.

Niger, crista magna compressa frontali et verticali tectricibusque alarum maculis parvis flavicantibus adspersis; latere inferiori subflavescente undulato; rectricibus quinque lateralibus ad apicem fere usque coccineo nigroque multoties transversim fasciatis et punctatis; rostro maximo, crasso, pallido, dorso rotundato. — 24 poll. longus.

*Adnot.* Rostrum forma quidem eadem, ac in *Ps. Leachii*, at minor et mandibulis angustioribus est.

Femina brunnescentinigra, macula ad colli latera sulphurea, maculis corporis sparsis, paucioribus.

Junior avis maculis his sparsis et abdominis undulationibus nullis, macula ad colli latera sulphurea, magna.

In Museo *Berolinensi*, *Temminkiano* et *Bullokiano*, — in *Parisiensi* 3, in *Laugieriano*.

† 164. *Psittacus Leachii mihi.*  
In Nova Hollandia.

Figura Tab. III.

Crista capitis frontali, non compressa; rostro compresso, valde arcuato, nigro, mandibula plumis fere abscondita; niger totus, reflexu coeruleocorvino, punctis nullis; rectricum quinque exteriorum media parte coccinea, fasciis nullis, externae vexillo exteriori nigro. — Magnitudine *Psitt. Banksii*, long. 21-22 poll.

*Adnot.* Crista capitis major, quam illa *Psittaci Banksii*, 3½ poll. alta; rostrum minus crassum magisque compressum, mandibula angustior, longior, parum emarginata.

*Observ.* In *Laugieri* ave 11 rectricum pars media coccinea, una tantum ex omnibus tota nigra.

In Museo *Societ. Linneanae Londinensis*, in *Bullokiano* atque in *Laugieriano* mas.

† 165. *Psittacus aterrimus Gm. L.*  
In India orientali.

*Psittacus Gigas Lath.*

*Edw.* 316, fig. optima.

Colores proportionesque *Psittaci Goliath*, sed corpore dimidio minori, rostro 2⅓-2¾ poll. longo, dente magis emarginato. — Crista longissima partesque omnes avem adultam indicant.

*Observ.* Avis musei *Parisiensis* aliquanto major est ea, quae in museo *Temminckiano* asservatur.

In Museo *Temminckiano*, *Parisiensi*.

† 166. *Psittacus Goliath mihi.*

In India orientali.

11. *Vaill. L'Aras gris à trompe.**Psitt. griseus Bechstein.*12. *Vaill. L'Aras noir à trompe.*Nec tamen *Psitt. aterrimus Gm. L.*,  
uti communis opinio fert.

Corpore crasso, colore griseo, post avis mortem nigro;  
plumis longissimis, angustis; facie nuda; rostro nigro,  
maximo; lingua structura linguae chamaeleontis; crista  
elongata; cauda quadrata. — Longitudo rostri  $4\frac{1}{2}$  poll.

*Observ.* Species intermedia inter *Aras* et *Kakadoës*.In Museo *Temminckiano*, *Bullokiano*.† 167. *Psittacus inornatus Temm.*

Patria ignota.

Icon o.

Macrourus, viridis; sincipite subrufescente, coerulescenti  
et viridi vario; periophthalmiis nudis. — Magnitudine  
*Ps. pertinacis*.

Vidi vivum in domo *Clariss. Temminckii*.168. *Psittacus bitorquatus mihi.*

Patria ignota.

59. *Vaill. Perruche à double collier.*  
*Buffon* 215.

Torque duplici, contiguo, superiori coeruleo,  
inferiori rubro, gula nigra; corpore viridi, infra  
dilutiori; maxilla rubra, mandibula nigricante. — Sta-  
tura mediocris, gracilis, cauda corporis longitudine.

*Observ.* Duos vivit *Cl. Vaillantius*.

Mihi nunquam obvius factus est.



169. *Psittacus cervicalis* Lath.

Patria ignota.

156. *Perruche Langlois* -- *Vaillantius*, haud rite novam speciem existimavit.

*Psittacus nuchalis* Shaw 613, figura *Vaillantii*.

Viridis; fronte, lunula cervicali et pectorali rubris. — 8½ poll. longus. — Cauda longiuscula, rotundata.

Fuit quondam in Museo *Holthuyseniensi Amstelodami*.

170. *Psittacus smaragdinus* Gm. L.

Patria ignota; — an Fretum magellanicum?

21. *Vaill. Perruche émeraude.*  
*Buffon* 85.

Viridis, splendens; abdomine infimo violaceo; cauda brunnescentipurpurea; crisso viridi. — 13 poll. longus.

des leider! verstorbenen *Brugmans* zu Leiden befindlichen Species, aufgestellte Genus *Diphyllidia* nur mit wenigen Hauptcharakteren schildert, so ersehe ich doch daraus, dass dahin die vorliegende Molluske zu gehören scheint. Wie eine der wenigen Phyllidienarten von *Cuvier* wegen dreier auf dem Rücken längslaufender Linien *Phyllidia trilineata* genannt wurde, so schlage ich für dieses vielgestreifte Thier den Namen *Diphyllidia lineata* vor. Interessant ist es, dass sich auch hier, wie bei allen bisher bekannten Phyllidien, die schwarze Mantelfarbe mit den hellgelben Hervorragungen oder warzigen Linien oder Flecken vorfindet. Da ich bei meiner neulichen Anwesenheit in Leiden wegen einer für mich sehr unglücklichen Abwesenheit *Brugmans*, dessen reiches Cabinet zu sehen keine Gelegenheit hatte, so kenne ich auch die Molluske, nach welcher *Cuvier* die Gattung *Diphyllidia* aufgestellt hat, nicht und weiss nicht, ob und wie sie mit der von mir eben beschriebenen übereinstimmt; glaube jedoch, dass sie verschieden ist, da ich gehört zu haben glaube, dass *Brugmans* sie aus Indien erhalten habe, wo auch die Phyllidien zu Hause sind. Die meine fand ich in Neapel im Winter 18<sup>18/19</sup> in den mir manche hübsche Ausbeute liefernden Netzen der an der *Chiaga* fast täglich fischenden Fischer. Leider fand ich nur zwei Exemplare davon und hörte von allen Fischern, denen ich einen verhältnissmässig bedeutenden Preis für mehrere versprach, einstimmig, dass diese Thiere nur selten gefunden würden. Ihre Anatomie werde ich ein andermal liefern.


Icon. Tab. VII. Fig. I. *a* von oben, *b* von unten, *c* von der Seite.

---


I.



*Diphyllidia lineata* Otto.



II.



zu Agardh über die  
Zauberkräfte der Infusionen.





B e o b a c h t u n g

e i n e r

der Zauberkraft höherer Thiere ähnelnden Erscheinung


B E I I N F U S O R I E N

v o n

C. A. AGARDH, M. d. K. A. d. N.

(Aus dem Schwedischen.)

Mit einer Kupfertafel.



**W**ie man einerseits unter dem Namen der unsichtbaren Welt den Inbegriff reiner Verstandeswesen, die Welt, welche nur dem Gedanken fasslich ist, versteht, so bezeichnet dagegen der Naturforscher mit demselben Wort den Inbegriff derjenigen Naturwesen, bei welchen fast alle körperlichen Dimensionen verschwinden und die man daher nur durch Vergrößerungsgläser wahrnehmen kann.

Die gewöhnliche Natur beginnt ihre Entwicklung mit diesen letzteren, und in der Menschengestalt zur Vollendung gelangt, gränzt sie in ihrer höchsten Entwicklungsart an die Geisterwelt.

Auch nachdem sich die Naturforscher bestrebt haben, die gewöhnlich auf Erden vorkommenden organischen Naturkörper in ein System zu bringen, bleibt noch eine neue Natur übrig, bewohnt von lebendigen Wesen, die allen bis dahin bekannt gewordenen ganz unähnlich erscheinen. Es verlassen uns hier nicht nur die Formen, die man unter den übrigen Thieren und Pflanzen zu sehen gewohnt ist, sondern das Leben selbst äussert sich dort auf die mannigfaltigste und seltsamste Weise. In dem Wassertropfen, wo das Auge nichts Fremdartiges mehr erblickt, den man innerlich ganz ruhig und nur von Aussen bewegbar glaubt, findet gleichwohl die innigste Lebensregung Statt; die mannigfaltigsten

Lebten Gestalten werden ausgeborn und die wunderbarsten Wirkungsarten treten hervor.

Oft müssen wir, wenn wir das Vergrößerungsglas zur Seite setzen und, in unserer gewöhnlichen Welt umhersehend, nichts erblicken, was mit der Welt, die wir eben verlassen haben, die geringste Aehnlichkeit zeigt, in Versuchung gerathen, unseren eigenen Beobachtungen zu misstrauen und dem Gedanken Raum zu geben, dass die Erscheinungen, die wir mit Augen gesehen, nur Träume der Einbildungskraft gewesen seyen.

Dennoch steht diese Welt in einem innigen Zusammenhange mit unserer gewöhnlichen, denn sie erhebt sich aus der Auflösung dieser letzteren und die sichtbare lebendige Natur ist wahrscheinlich nur eine Zusammensetzung von Infusorien.

Es gab eine Zeit, wo man sich eifrig bemühte, die mikroskopische Welt kennen zu lernen; aber, hingerissen von den Wundern, die man dort entdeckte, verweilte man ausschliesslich bei der Betrachtung dieser Wunder, ohne an den Zusammenhang zu denken, den sie mit dem Verständnisse der übrigen organischen Natur haben könnten. Jetzt ist der Eifer hiefür, gewiss mit Unrecht, sehr erkaltet.

Des Naturforschers höchstes Ziel ist, den Ursprung der natürlichen Dinge zu erklären. So weit auch die Chemie in der sicheren Erklärung der Abkunft unorganischer Körper vorgedrungen ist, so wenig scheint sie dagegen auszureichen, die Räthsel der organischen Natur zu lösen; denn hier greift eine Grundkraft ein, die nicht unter der Herrschaft des Chemikers — sondern vielmehr mit der Kunst desselben im Widerstreit steht. Daher kann dieser, ungeachtet er die Elemente eines organischen Körpers kennt, den organischen Körper nicht wieder aus denselben zusammensetzen; denn die

ewigen Gesetze des Lebens sind ihm noch unbekannt, und bevor diese promulgirt sind, bleiben alle seine Zusammensetzungen todtte Massen. Hieraus folgt, dass erst das Leben in allen seinen Formen erforscht seyn müsse, ehe ein Naturforscher sich mit Sicherheit des Beistandes der Chemie bedienen kann. In den höheren, vollkommneren Gebilden sind die Aeusserungen des thierischen Lebens zu innig mit einander verwebt und zu tief in die Einflüsse eines noch höheren Lebens, des intellectuellen, verschlungen, als dass sie hier mit Gewinn erforscht werden könnten. Je tiefer wir aber hinabsteigen, desto mehr verschwinden die Spuren des Eingriffs dieses höheren Lebens, und bei den Infusorien, wo das Pflanzen- und Thierleben aneinander grenzen, stellt sich endlich das thierische Leben vielleicht am reinsten und freiesten von dem intellectuellen dar. Da es nun hier zugleich auch in seiner einfachsten Form erscheint, so sollte das Studium der Gesetze der mikroskopischen Welt von einem wahren Naturforscher um so weniger vernachlässigt werden.

Man könnte vielleicht einwenden, dass diese Gegenstände zu klein seyen, um die Aufmerksamkeit eines rechten Naturforschers zu fesseln; verdient aber wohl der Botaniker, der in den indischen Wäldern die riesenhaften Palmen betrachtet, einen Vorzug vor dem, der sich fern im Norden mit der Erforschung der niederen Schwämme oder der zertretenen Moose beschäftigt, oder ist der Zoologe, der die Natur des Elephanten beobachtet, grösser, als der, welcher den Wurm untersucht? In aller Naturforschung suchen wir die Gesetze des Lebens, und die Beschreibungen der unzähligen Formen der Naturkörper haben in sich keinen Werth, — eine hohe Wichtigkeit aber dann, wenn wir sie einmal als

Resultate der Entwicklung des alledurchströmenden Lebens betrachten können. Steht etwa auch der Differentialcalcul unter der Elementargeometrie, weil er sich mit dem Unendlichkleinen beschäftigt? Ist man nicht vielmehr auf dem entgegengesetzten Wege von der Betrachtung der Elemente der Grösse zu den Theorien von den besonderen Grössen übergegangen und hat dadurch auf eine überraschende Weise den Umfang der Wissenschaft erweitert? Die Lehre von den Infusorien ist der Infinitesimalcalcul der Naturgeschichte und vielleicht wird sie einst den Ursprung der grossen Organismen erklären, oder wenigstens Anleitung zu wichtigen Entdeckungen über dieselben geben.

Damit aber die Naturerklärung nicht der Speculation, die so oft irre leitet, überlassen werde, soll jeder Naturforscher seinen Stein zu dem grossen Bau herbeitragen.

Darum will ich hier einige Beobachtungen mittheilen, welche mir bey meinen Untersuchungen der Wasseralgen vorgekommen sind; ich wähle mir aber aus denselben für jetzt nur ein Phänomen zu meinem Gegenstand, welches der so oft besprochenen und selbst noch in unseren Tagen nicht ganz erkannten Zauberkraft gewisser grösserer Thiere ähnelt.

Um zu erfahren, welche Veränderung das grüne Satzmehl der Pflanzen durch Infusion erleide, hatte ich dieses Satzmehl aus dem Schafte von *Hyacinthus orientalis* ausgepresst und mit Wasser übergossen, welches ich oft wechselte, um die Masse so lange als möglich vor Fäulniss zu bewahren.

Nach einiger Zeit bildeten sich in diesem Aufgusse:

1) eine zarte Conferve und

2) mancherlei Infusorien, von denen ich vorzüglich drei Arten unterschied und bestimmte, nemlich

A. *Monas Lens* Müller t. 1. f. 9. in grösster Menge und lebhaftester, freyster Bewegung,

B. *Vibrio Bacillus* Müller t. 6. f. 3, der sich hin und her schlängelte, endlich

C. *Vorticella Convallaria* Müller t. 44. f. 16.

Diese Vorticelle hat eine sehr angenehme Bildung. Sie besteht nemlich bei einer Vergrösserung, unter welcher *Monas Lens* als ein ganz deutlicher Punct erscheint, aus einem haardünnen Stiel und dem darauf sitzenden Becher. Die Härchen, welche gewöhnlich die Mündung aller Thierchen dieser Gattung umgeben, werden bei der hier genannten selten bemerkt; ich konnte nie etwas der Art entdecken. Mehrere dieser Thierchen sassen mit ihrem äussersten Ende an einem Puncte der Conferve fest, andere aber waren nicht befestigt, sondern bewegten sich frei durch den Wassertropfen, der sich unter dem Mikroskop befand und für diese Wesen ein grosser See war, worin sie weiten Spielraum hatten. Dem blossen Auge erschien das ganze Thier nur wie ein Punct.

Während ich nun diese mikroskopischen und lebendigen Blumen mit Vergnügen betrachtete, sah ich plötzlich, dass sich eine derselben nach einer anderen Stelle zurückschnellte, indem sich ihr Stiel spiralförmig zusammenzog und dadurch seinen Becher weit nach hinten warf. Die Schnelligkeit, mit welcher diese Bewegung vor sich ging, lässt sich nur mit der des elektrischen Funkens, oder des Blitzes, vergleichen.

Nachdem das Thierchen in diese Stellung des spiralför-

mit zusammengezogenen Stiels gekommen war, bemerkte ich, dass es sich mit seinem Becher in einer anderen Richtung, als bisher, vorwärts bewegte, so dass der Stiel wieder straff wurde. Ich ergötzte mich lange an diesem beständig wechselnden Schauspiel, indem keines von den unzähligen Thierchen, die in dem Wassertropfen lebten, über ein paar Minuten in derselben Stellung blieb, bis ich zuletzt eine andere Bewegung in dem Wasser gewahr wurde, die mich mehr, als Alles, was ich bisher gesehen, in Erstaunen setzte.

Ich sah nemlich, dass sich eine heftige Unruhe unter den übrigen viel kleineren Infusorien, welche sich in gerader Linie vor dem Becher des Thierchens befanden, erhob, wodurch sie alle mit grosser Gewalt gegen diesen Abgrund desselben geführt wurden und endlich darin verschwanden. Manche von ihnen gelangten nicht in den Becher, sondern stutzten an dem Rande desselben und fuhren auf die Seite, wodurch sie entkamen. Ich gestehe, dass ich bei den kleinen Thierchen ein gewisses Widerstreben zu bemerken glaubte, als suchten sie zu fliehen, — welches aber denen, die mitten in dem heftigen Strome schwammen, unmöglich war; — nur die äussersten, die an den Rand stiessen, konnten sich retten. Da man in seinen Beobachtungen der mikroskopischen Welt höchst vorsichtig seyn muss, am allermeisten aber dann, wenn man von einem Willen der Infusorien spricht, so kann ich begreiflicher Weise bei der Erwähnung eines Widerstrebens unter denselben nur andeuten wollen, dass es mir geschienen, als habe ich ein solches Bestreben derselben bemerkt.

Solange dieses Strömen der kleinen Infusorien dauerte,



stand die Vorticelle ganz unbeweglich und schluckte bloss. Aber bald verminderte sich die Zahl der kleinen Thierchen in dem senkrechten, walzenförmigen Raum, worin allein die Anziehungskraft wirkte, und nun schnellte sich plötzlich das Thierchen mit elastischer Geschwindigkeit zurück, nahm eine andere Richtung an und begann seinen Fang auf einer anderen Stelle. Hiemit fuhr es unaufhörlich fort, so lange meine Augen das Sehen durch das Mikroskop aushielten. Noch ist zu bemerken, dass die Vorticellen, welche nicht mit ihrem Stiel befestigt waren, sondern frei umherschwammen, sich eben so oft zurückschnellten, aber bald darauf wieder vorwärts bewegten, als suchten sie eine Stelle, wo hinlänglicher Vorrath an Speise zu finden sey und sie sich daher ruhig niederlassen könnten.

Ich muss gestehen, dass ich dieses Phänomen mit nichts vergleichen konnte, als mit dem, was man bei der Klaperschlange und einigen anderen Thieren Zauberkraft nennt, und worüber man noch so wenig Gewissheit hat. Es war nicht zu bemerken, dass etwa die Wassertheilchen selbst mit Gewalt in die Höhle des Thierchens geführt wurden und diesen die kleinen Monaden vielleicht nur folgen mussten, sondern es herrschte vielmehr in dem ganzen Wassertropfen die grösste Ruhe, während die Unruhe sich unter den Thierchen zeigte. Wenn sich das Wasser selbst in einem solchen Strom bewegt hätte, so müssten, nach den allgemeinen hydrostatischen Gesetzen, auch die Theilchen und Thierchen, die sich in der Aussenseite des Stroms befanden, in Bewegung gerathen seyn; diese aber waren im Gegentheil aus dem Strudel gerettet, sobald sie die Aussenseite erreicht hatten.

Verhält sich dieses nun wirklich so, wie es mir erschienen,

so lässt sich ein solches Phänomen nur durch eine Anziehungskraft zwischen den grösseren und kleineren Thierchen erklären.

Es ist noch nicht bekannt, von was die Infusorien leben, oder wie sie ihre Nahrung zu sich nehmen. Diese Beobachtung gibt einigen Aufschluss hierüber. Die kleinen Thierchen kamen, wenn sie einmal in den Becher der Vorticelle hinabgestürzt waren, nie wieder zum Vorschein; sie verschmolzen also wahrscheinlich mit demselben durch eine Art von Assimilation, oder amalgamirten sich auf organische Weise, sobald sie die vermuthlich mit der Verdauungskraft eines Magens begabten Wände des Bechers berührten.

Wir können nur mit Verwunderung bei Infusorien eine Lebenserscheinung wieder finden, die, von höheren Thieren ausgehend, so grosse Aufmerksamkeit erregt und so manches streitige Urtheil herbeigeführt hat.

Jede Periode der Naturforschung aber hat ihren eigenthümlichen Charakter, welcher theils von den Gegenständen, die in ihr vorzugsweise bearbeitet werden, theils von der Art, sie zu behandeln, abhängt. Die letztverflossene Periode trug den Charakter der reinen Naturbeschreibung, wobei man sich vorzugsweise bestrebte, die Arten mit Sicherheit zu unterscheiden. Jetzt beginnt diese Wissenschaft eine andere Richtung zu nehmen, die nemlich, dem Gang und der Entwicklungsweise der Natur nachzuspüren. Sollte die Naturkunde dieser Richtung so lange treu bleiben können, bis sie auch auf dieser Seite einige Vollkommenheit erreicht haben wird, so dürfte man ohne Zweifel zu dem Resultat gelangen, dass die Natur auf unähnlichen Wegen und durch unähnliche Formen dieselben Grundideen

entwickelt und darlegt, und wie man in den tausend Sprachen der Erde sehr verschiedene Worte für dieselben Begriffe hat, so wird man hier bei den unähnlichen Reichen der organischen Wesen die gleichen Entwicklungsstufen finden.

Die Vorahnung dieses Resultats drückt die Zeit in jener symbolischen Sprache aus, worein sie jetzt ihre Forschungen kleidet. Wenn man in dem früheren Zeitraume überall nur Unähnlichkeiten aufsuchte, so strebt man dagegen jetzt, in Allem Aehnlichkeiten zu entdecken. Es wäre unrecht, dieses zu tadeln, weil es eine unwillkürliche Aufgabe der Zeit ist, aber es ist die Pflicht des wahren Naturforschers, dieser Sprache durch gründliche Forschung mehr Wahrheit zu geben. Wenn einst das gesuchte Resultat wirklich offen zu Tage liegt, wird man sich kaum mehr über die Erscheinung, die ich hier beschreibe, verwundern, denn sie wird vielmehr ein neuer Beweis für die erkannte Wahrheit seyn. Eine Analogie zwischen einem Amphibium und einem Infusorium ist übrigens gewiss nichts Ungereimtes, obgleich noch eine lange Zeit vergehen wird, ehe die Kette, welche uns den Anfang und den Schluss dieser Analogien zeigt, in einander gehängt werden kann.

Lund, den 20. Nov. 1819.

Erklärung der Figuren.

Taf. VII. Fig. II.

- a) Die *Conferve*;
- b) *Vorticella Convallaria*, ihren Raub verzehrend;
- c) dieselbe, wie sie ihre Nahrung an einer anderen Stelle sucht;
- d) *Monas Lens*, in den Becher der Vorticelle stürzend.
- e) *Vibrio Bacillus Müll.*

L. BOJANI, Prof. Viln., A. C. N. C. S.


Observatio Anatomica

de

FETU CANINO 24 DIERUM

ejusque velamentis.

Cum tabula aenea.



Quae Fabricio ab Aquapendente quondam, Harveio, Everardo, Needhamo, Hobokenio, Hallerō aliisque summis saeculorum elapsorum auctoribus altiore indagine digna visa erat, fetus animalium evolutio, ea nostris temporibus novo quodam ardore perlustrata est.

Et quantum abstrusae huic rei explicandae lucis attulerint prae ceteris Germani, adeo in vulgus notum est, ut operae, ab eis susceptae, vix ulla coram eruditis mentio facienda videatur.

Nihilo tamen secius haec vel iusto minoris aestimantur, vel plane ignorantur iis adeo, qui, dum declarandae eruditionis causa coëvorum observata adducunt, sublatis paullo se suumque genus venditant, ea superbia usi, ut vel laudis speciem, aliis concessam, aliqua protinus contemnatione deprimendam et a se solis quaelibet absoluta expectanda esse credant.

Neque vero facile, quae tanta fiducia, veluti e tripode, praedicuntur, expectationi concitatae penitus respondent, et factum est, cum ipsi, qui sibi in dubiis quibuscunque solvendis censoriam quandam auctoritatem et in componendis eruditorum litibus summum arbitrium sumerent, novitatis vano nomine, quae pridem perspecta erant, repeterent; ambigua novis dubiis implicarent, vel neglectis abstrusioribus

rebus, in quibus indagandis plurimum desudandum erat, in ea potissimum excurrerent, quae facili negotio cuilibet exploranti aperiuntur. (cf. *Mém. du Mus. d'Hist. nat.* 1817. III.)

Interim in multis tamen et gravissimi etiam argumenti rebus, dudum demonstratis, et quae nova explicatione carere posse videbantur, haesitant etiam nunc non tirones modo, sed eruditi etiam viri.

Quid quod, in tanta omnium dissensione, exstitere recentiores, qui legum, ex analogia (nec absque idoneis argumentis) ad cuncta superiorum ordinum animalia traductarum, inconstantiam, sibi gratulari velle videntur. (cf. *Goetting. gel. Anzeig.* 1819. p. 1401. sq.)

Quae cum ita sint, res ipsa monet, ut caveamus ab omni ostentatione illa, qua, quae diuturna etiam nunc investigatione indigent, absoluta jam et perfecta indicuntur.

Etenim quae incertiora, prius stabilienda et novis rationibus corroboranda; quae adulterata, in integrum restituenda; quae manca demum et imperfecta, observationibus supplendis augenda erunt; scilicet ut opinionum adversantium fluctuatione diu multumque agitatis, veluti e dubio mari, ad portum se aliquando recipere atque ancoram figere liceat.

Quare tramitem illum humilem atque modestum sequar, veritatis vindicandae potius, quam gloriae vel merae novitatis studio commendabilem, et, simplici narratione, nuda observata exponam, adjectis mox paucis corollariis, suo tempore (ubi aliis rebus, quae indagandae atque demonstrandae supersunt, conferri poterunt) ad summa principia tandem revocanda.

Et quoniam de fetu canino adulto alio loco abunde disserui, (cf. *Mém. de l'Acad. des Sc. de St. Petersb.* 1815.



T. V.) eà nunc, quae teneram ipsius aetatem tangunt, neque, quod sciam, aliis observatoribus usquam plene demonstrata sunt, paucis perstringam; enarrando atque depingendo praecipuas res, in fetibus, ex utero canis praegnantis (24<sup>to</sup> die post admissuram occisae) depromptis, observatas.

Igitur Uterus talis, ut solet, numerosa prole gravidus, stricturis passim arctatus inter globosa tubera, sedem embryonum inclusorum indicantia. Incisus vero, internam tunicam villosam habet et rubicundam, non minus strangulatis, quam dilatatis in locis; hisce tamen crassiorem, floccosam, leviter spongiosam et cellulis distinctam, hiantibus ubi primum fetus suis velamentis ab utero distrahitur.

Haec vero embryonis velamenta sphaerica sunt (Fig. 1.) utrinque tamen appendiculata; media, crassiore et ampliore parte uteri parieti respondent atque ita concresecunt, ut non absque laceratione ab eo dimoveantur.

Qua sejunctioe facta, cellulare comparet illud medium, veluti apum favus. Ipsae vero cellae grandiores sunt, hexagonae, subrotundae, quadrangulae, irregulares aliae. Ceterum parietibus membranaceis exstructae, non erectis, nec rigidis, sed collabentibus et, quoniam uteri interno parieti adhaerebant, passim laceratis. (Fig. 1. a. a.)

Inde laminosi aliquid in velamentorum universa hac facie; quale deciduae fetus humani membranae familiare est, cujus cellulae tamen paullo minus patent.

Quandoquidem autem hoc cellulosum stratum ab adulto fetu constanter abest, deciduae pariter, vel caducae velamentorum membranae nomen admittere, quid quod exposcere videtur.

Ambit igitur haec decidua cellulosa mediam velamen-

torum partem sphaericam, zonae instar, ita ut, polo utroque perforata, partes substratas, veluti appendices binas, emittat. (Fig. 1. e. e.)

Cellularum vero areolae, accuratius exploratae, ad basin foramina exhibent, in alias subtus latentes cellulas ducentia (Fig. 1. b. b.); ut igitur universa decidua cellularum multiplici apparatu scateat, dicato sane excipiendis humoribus, quibus matrem inter et embryonem est commercium.

Incisa mox hac decidua cellulosa, aliud proxime comparet stratum, reticulare, albescens. (Fig. 2. c.)

Eandem sphaericam velamentorum partem tegit atque deciduam cellulosam inter et chorion, mox describendum, ita intercedit, ut ad fimbrias chorii viridescentes usque producat, solis appendicibus extremis velamentorum ab hoc amplexu liberis.

Molle vero est illud stratum, a tenaci et solidiore membranarum textura remotius, lacerabile, ut per frusta abscedat neque facile integrae cuticulae instar abstrahatur. Ceterum crassiusculum et spongiosum, quare decidua spongiosa nuncupari posse videtur.

Cuius strati reticularis foraminibus chorii substrati villi excipiuntur; et hic nexus, adeo multiplex, impedit prae ceteris, quo minus integrum removeri queat.

Qua decidua spongiosa demum remota, universum comparet chorion (fig. 3. d. e. f.), vasis sanguiferis scatens et reliquas omnes embryonis membranas ambiens, neque, ut priora strata, extremis foratum.

Media vero sphaerica regione floccosum et villis longioribus exasperatum est, cui floccosae parti, versus appendices ovi oriundas, fimbria viridescens accedit; quae, quo-

niam in adulto fetu similis coloris ad placentae marginem circumducta invenitur, villosae nostrae partis significatum manifestum facit. Scilicet placentam haec sistit illam, quae zonae instar embryonis tunicas ambit.

Ex illa vero fimbriarum regione ulterius productum chorion (Fig. 3. e.), subtilissimum evadens atque pellucidum, vesiculae umbilicalis substratae extrema vestit, haec enim ipsa eas, quas pluries indicavi, appendices efficit.

Quodsi chorion, ad velamentorum axem iuxta vesiculae umbilicalis appendices perrectas incidatur atque reflectatur, reliqua omnia fetus velamenta prodeunt eo ordine, quem fig. 4. habet.

Ad axem nimirum porrecta Vesicula umbilicalis (l. m. n.); in ovi centro, fetum proxime includens, Amnion; (p.) et huic in orbem circumposita, super Amnion aliquantum redundans, Allantoides. (g. h. i.)

Quarum membrarum vesiculae umbilicalis illa, sive tunica erythroides, humore plena, turgida et vasorum peculiari apparatu exstructa (Fig. 4.  $\alpha$ .  $\beta$ ., Fig. 7 et 8 Not. 2. 3.), omphalo-mesentericis scilicet, ut pridem innotuit; sui iuris, nec ab umbilicalium vasorum systemate derivatis.

Ceterum tenuis pedicelli ope (cuius nexus cum intestinali tubo mox infra, Fig. 9., demonstrabitur) a medio annio pendens, in cylindricam vesicam producitur, quarum extrema utrumque ovi polum petunt atque allantoidis limites ita transgrediuntur, ut appendiculatas eas partes exhibeant, quae, solo chorio obductae, ultra deciduae involucrum eminent; cuius rei supra mentionem fecimus.

Neque vero haec partium ubique obtinet proportio. Priori embryonis stadio evolutionis soli pertinet. Adulto vero fetui,

postquam decidua disparuit, allantoidis ambitu increto atque vesiculae erythroidis functione jam languescente, comprimitur haec ab exsuperante allantoide atque flaccescit.

Qualis partium ratio, loco supra adducto (*Mém. de l'Acad. des sc. de St. Petersb.*) affatim descripta videtur.

Ad latus vero vesiculae umbilicalis, ex amnio emergentis, insuper Allantoides (Fig. 4. g h i.), ab uracho suo incipiens, in amplam vesicam intumescit, ipsi amnio ita subpositam et circumiectam, ut, excedente ambitu, quaquaversum redundet, atque amnion, cum fetu, aliquo modo amplectetur et in se recipiat!

Cui receptioni fovea ovata profundior, allantoidi impressa, aptata est, quam, amnio ex hac sua sede, veluti e nido, exemto, vacuum habet figura 6. k.

Quae quidem amnii e suo loco depulsio hac prima evolutionis periodo facili negotio perficitur, nec vero serius, ubi allantoides, increta et redundans, fetum, in suo recessu voluminosiorem factum, e strangulato foveae margine egredi amplius non sinit.

Et haec obstabant quondam, quo minus vera allantoidis ratio primis explorationibus, in maturiore fetu institutis, recte erueretur. Quae vero nunc, hisce cum priore nostra observatione collatis, vix ullam amplius ambiguitatem fovere videntur.

Ceterum allantoides membrana, ex embryonis umbilico emergens, secum vehit vasa umbilicalia (Fig. 4. γ. δ.) arteriosa venosaque, ramis plurimum apparentibus super allantoidem ad chorii cingulum, sive zonam, decurrentia. Quae, utpote aliunde cognita atque ad satietatem trita, silentio nobis hic liceat praeterire.

Jam vero fetus proximo suo etiam nunc involucro inclusus, ex allantoidis illa fovea exemptus, amnii membranam ita arcte adstrictam habet, ut non nisi ad nucham haec, ad verticem et ad abdomen paullulum ab embryonis corpore distet. (Fig. 5. o p q r.)

Ceterum ab ipso medio fetus abdomine pendent et vesicula umbilicalis et allantoidis vesica.

Quorum partium nexus cum penitioribus embryonis paucis nobis considerandus restat.

Igitur, inciso amnio, depromptus fetus, prouti huic primo evolutionis stadio embryonum universim familiare est, a fabrica fetus aliorum animantium, quid quod, — si a longitudine coccygis recedis, — ipsius hominis, vix aliqua eminente nota differt.

Caput voluminosum praebet, dorsum carinatum, extremitates leviter exstantes, digitis tamen nondum fisis; auris rimam retro caput maximam; funiculi umbilicalis vix ullum rudimentum; abdomen modice tumens, cujus medio proxime appenduntur allantoïdes et vesicula umbilicalis (cf. Fig. 5.)

Quodsi, secto abdomine, rimeris interiora (Fig. 7.), allantoidis tubus continuatus, seu urachus, sensim graciles-cens, ad vesicae urinariae locum descendit, ipsa vesica nondum in ampliorem recessum evoluta.

Arterias vero umbilicales ab iliaticis accipit, venam contra umbilicalem mox ex abdominis pariete hepatis transmittit, — quae, utpote pervulgatissima et centum observatis ex omni animalium serie confirmata, non multis moror.

Majoris momenti nobis est nexus vesiculam umbilicalem inter et tubum intestinalem.

Igitur intestinum tenue, a ventriculo, recto fere tramite,

ad umbilicum descendit, indeque mox, notabili angulo facto, deorsum redit, in coecam aliquam appendicem intumescit et levi anfractu protinus in rectum intestinum delabitur. (cf. Fig. 7. et 8.)

Ipsi vero angulo intestini, ad exstantem abdominis locum, quo funiculus umbilicalis serius formatur et unde tubus intestinalis, ut in rectum abeat, retrogrado cursu revolvitur, vesiculae umbilicalis ille ductus subtilis, bene tamen, etiam nudis oculis, conspiciendus, inseritur. (Fig. 7. 8. l., Fig. 9. l. ö.)

Ad cujus vesiculae umbilicalis originem etiam vasorum omphalo-mesentericorum trunci producantur, eo quidem cursu, ut arteriola, paullo sinistrorsum, aortam descendentem adeat (Fig. 7. et 8. Not. 3.); vena vero, dextro intestinorum latere assurgens, venae cavae ascendenti confluat. (Fig. 7. et 8. sigl. 2.)

#### C o r o l l a r i a.

E qua omni, de fetus canini velamentis, observatione prae caeteris memoratu digna videntur ea, quae deciduam, allantoidem et vesiculae umbilicalis nexum cum intestinis tangunt.

I. Decidua vero, quadrupedibus animalibus addicta mox (cf. Staalpert. v. d. Wiel, obs. rar. II. *Lobstein sur la nutrit. du fetus* §. 9.), iterumque negata (*Hunter obs. on cert. parts of the anim. oeconomy*), apertissime nunc nobis confirmata est.

Neque a decidua humani fetus prorsus abhorreere videtur, ut cui laminosa pariter fabrica, cellulis sinuata.

Ulteriora ab aliorum generum nova indagine exspectanda.

- II. Allantoidem quod attinet, ejus ratio, qua, extra amnion collocata, huic circumducitur, ita, ut ipsi amnio cum cavo interiore allantoidis nil commune sit, collata hac nostra novissima descriptione cum ea fabrica, quae in fetu maturiore demonstrata est, nil obscuri, nec incerti, amplius habere videtur.
- III. Vesicula umbilicalis demum, in maturo fetu perspecta et sub nomine tunicae erythroidis in vulgus nota, qua ratione cum tubo intestinali cohaereat, manifeste exposuimus.

Quam observationem, in canino fetu etiamnunc desideratam, cum allantoidem quondam describerem, consulto neglectam, prisci cum recentissimis auctoribus mihi integram reliquere.

## Figurarum Explicatio.

Fig. 1. Velamenta fetus canini integra.

- a. a. Decidua cellulosa, media velamenta cingens, apum favi instar; cellularum membranis passim laceratis, ubi utero cohaerebant.
- b. b. Ostia cellularum, ad alias, interiores cellas penetrantia.
- d. Fimbria chorii viridescens, sub margine deciduae comparens.
- e. e. Chorion, extremas partes vesiculae umbilicalis, appendicum instar, extra deciduae ambitum eminentium, vestiens.
- g. Ubi allantoidis particula sub chorio comparet.

**Fig. 2.** Deciduae stratum exterius (cellulosum), incisum, reflexum; reliqua integra, eodem situ, ut in figura praecedente.

- a. a. Decidua cellulosa, ab interioribus.
- b. b. Cellularum ostia interna.
- c. Deciduae stratum internum, spongiosum, ostiolis foratum, villos chorii substrati excipientibus.
- d. Chorii fimbria viridescens.
- e. g. ut in Fig. 1.

**Fig. 3.** Decidua spongiosa incisa et reflexa, Chorion comparet universum.

- c. c. Decidua spongiosa, reflexa.
- def. Chorion.
- f. Media pars, floccosa, villosa; maturo fetui in placentae zonam cedens.
- d. d. Fimbriae viridescens.
- e. Ubi chorion obducit extremam vesiculam umbilicalem.
- g. Ubi subtus latet pars allantoidis.

**Fig. 4.** Chorion incisum; nuda vesicula umbilicalis cum allantoide; pars amnii conspicua cum fetu.

- def. Chorion incisum, reflexum.
- d. Fimbria viridescens.
- e. Ubi ad extremam vesiculam umbilicalem pergit chorion.
- f. Media pars chorii, incisa.
- ghi. Allantoides.
- g. Ea allantoidis pars, quae Figg. 1. 2. 3. sub chorio comparuit.
- h. Alterum allantoidis extremum.
- i. Ubi ad umbilicum pergit urachus.
- lmn. Vesicula umbilicalis.



- l. Ipsa, ex umbilici regione oriunda.
- mn. Utrumque ejus extremum.
- p. Amnion, fetum includens, in allantoidis fovea collocatum.
- $\alpha\beta$ . Vasa omphalo-mesenterica; cf. Fig. 7 et 8 sigl. 2. 5.
- $\gamma\delta$ . Vasa umbilicalia.

**Fig. 5. Fetus, amnio suo velatus, a latere.**

- opqr. Amnion, circa fetum circumductum.
- opq. Ubi amnion, ad nuchae, verticis et abdominis regiones, paullo distat ab embryone.
- r. Ubi ad embryonis dorsum arctius adstrictum est.
- i. Urachus, ex abdomine ad allantoidem pergens.
- l. Vesiculae umbilicalis pars, prope umbilicum.

**Fig. 6. Allantoides sola.**

- gh. Vesicae allantoidis ambitus.
- i. Ubi ex umbilico emergit urachus.
- k. Fovea profunda, ovata, fetui excipiendo dicata.

**Fig. 7. Embryonis ipsius anatome.**

- s. Vertex.
- t. Auris ostium externum, grande.
- u. Pulmo.
- v. Cor.
- w. Diaphragma.
- x. Hepar, universim adumbratum, cum vena umbilicali, scissa.
- y. Ventriculus.
- z. Rectum intestinum.
- \* Genitalium primordia.
- i. Urachus.
- l. Vesiculae umbilicalis, intestino adpensae, pars.
- 1. Vena umbilicalis, prope hepar scissa.

2. Vena omphalo-mesenterica, dextrorsum.
3. Vena omphalo-mesenterica, sinistrorsum.
4. Aorta descendens.

Fig. 8. Vasa omphalo-mesenterica.

- y. Ventriculus.
- z. Rectum.
2. 2. Vena omphalo-mesenterica.
3. 3. Arteria omphalo-mesenterica.
4. Aorta descendens.

Fig. 9. Vesiculae umbilicalis nexus cum intestinis.

- y. Ventriculus.
  - z. Intestinum rectum.
  - l. Vesiculae umbilicalis pars.
  - ö. Ubi nectitur intestinis, ductus vitellaris ope, supra coecum.
  - ae. Coecum.
-

Fig. 1. c




Fig. 7.



Fig. 2.



Fig. 7.



Fig. 9.




Fig. 6.



Fig. 8.



Fig. 3.




Fig. 1.




Fig. 5.



Tetus caninus 24 dierum.

L. Bojanus ad natur. del.

C. Müller sc.



AMARYLLIS PRINCIPIS, Nov. Sp.

---

Mitgetheilt

von dem

Fürsten von Salm-Dyk, M. d. A. d. N.

mit einem Nachtrag

des Prinzen Maximilian von Neuwied.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

RESEARCH REPORT

NO. 1234

Ich habe der Freundschaft des Prinzen Max von Neuwied diese *Amaryllis*, die im Sommer 1819 zuerst bei mir in *Dyk* geblüht hat, nebst vielen andern schönen und seltenen Pflanzen zu verdanken. Ihre Cultur ist leicht, und erfordert weiter keine andere Pflege, als die, welche den übrigen Arten dieses Geschlechts in unseren warmen Häusern gegeben wird. Sie scheint auch sehr willig sich zu vermehren; so dass man die Hoffnung haben kann, dass diese schöne Art sich in allen Gärten verbreiten werde. — Um indessen das Meinige dazu beizutragen, dass diese neue *Amaryllis* um so eher bekannt werde, habe ich mir ein Vergnügen daraus gemacht, eine Abbildung derselben zu verfertigen und diese dem Prinzen von Neuwied, als einen Beweis meiner Erkenntlichkeit, zuzusenden. Der Beschreibung der Pflanze hat der Präsident Nees von Esenbeck einige vergleichende Bemerkungen zur leichteren Unterscheidung von den zunächst verwandten Arten beigefügt, was aber von dem Standorte, der Blüthezeit u. s. w. dieser zierlichen Pflanze zu sagen ist, wird der Prinz selbst, in einem Nachtrage zu dieser Beschreibung, aus den Erinnerungen seiner fruchtbaren Reise hinzufügen.

Dyk, den 22. July 1820.

G. Fürst zu *Salm-Dyk*.

*Amaryllis principis*.

Spatha subtriflora, floribus nutantibus basi tubulosis, tubo limbi inaequalis longitudine aut longiore, fauce glabra, foliis oblongis basi angustioribus discoloribus.

Patria: Brasilia.

Descriptio. Bulbus subglobosus, diametro pollicum  $\frac{1}{2}$ —2, tunicatus, viridis. Folia e bulbo prodeunt 2—3, fere horizontaliter supra terram expansa, 4—5 pollices longa, ante mediam longitudinem  $1\frac{3}{4}$  pollices — basi autem  $\frac{3}{4}$  pollices lata, vere itaque oblonga appellanda, basin versus attenuata, apice obtusa, nervo medio parumper producto, integerrima, glabra, laevia, margine subrevoluta, supra explanato-cannaliculata, saturate viridia, nitida, subtus purpurascens, nervo medio valido candido in apicem excurrente.

Scapus solitarius, pedalis, vix digiti minimi crassitie, subcompressus, bi-triflorus. Flores spatha bi-trifida membranacea abbreviata fuscescente circumdati, pedicellati, nutantes, dilute violaceo-rosei venisque saturatoribus laxe reticulati, suaveolentes.

Pedicelli germine duplo longiores, teretes, glabri, rubelli. Germen infra perianthium, ovatum, trisulcum, tubo quadruplo brevius, glabrum, fuscum. Perianthium subinfundibuliforme; tubus e basi angusta in limbum conico-expansus,  $1\frac{3}{4}$  pollices longus, coloris pallidioris, immixto virore, praesertim basin versus; limbus ex ea regione, ubi a tubo maxime divergit,  $1\frac{1}{2}$  pollices longus, diametri bipollicaris et ultra, sexfidus, laciniis divergentibus oblongis obtusiusculis margine undulatis; exteriores latiores nervo centrali pallido; interiores angustiores; e laciniarum numero tres assurgunt, saturatiores et apicibus reflexae, inferiores magis patent,



infima autem, quae angustissima omnium, cum binis lateralibus dimidiis pallidissima. Venae in fundo violaceo-roseo laciniarum tam extus quam intus conspiciuntur. Faux concolor, expallens, laevissima. Stamina longitudine corollae, declinata, apicibus ascendentibus; filamenta subulata, alba; antherae oblongae, incumbentes, luteae. Stylus staminibus paullo brevior, apice parum ascendens, filiformis, albus; stigma truncatum.

Observatio. Proxima est Amaryllidi reticulatae Andr. et Am. rutilae Ker. (*Bot. Reg.*), sed differt ab utraque: foliis brevioribus, firmioribus, nervo albo et inferae faciei purpura insignibus, tum tubo longiore et colore florum amoenissime erubescente. Definitiones specierum, quas memoravimus, emendatas proponere conducit, quo facilius pateat harum differentia specifica.

Am. reticulata Andr. Spatha subbiflora, floribus cernuis campanulatis, tubo conico limbo aequali dimidio brevior, fauce pubescente, foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis concoloribus.

Am. rutila Ker. Spatha subbiflora, floribus nutantibus basi tubulosis, tubo limbo inaequali duplo brevior, fauce glabra, foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis concoloribus.

Amaryllidi reginae propinquam hanc speciem MAXIMILIANI, PRINCIPIS NEOWIDENSIS, qui primus eam detexit, dicamus memoriae.

---

Diese schöne Pflanze wurde an dem Flüsschen *Jucú* in Menge gefunden. Sie wächst daselbst am Ufer, wo sie von


der Fluth gewöhnlich überschwemmt wird. So viel ich mich erinnere, ist sie uns nie an anderen Orten vorgekommen; ihr Vaterland würde daher die Gegend des Flusses *Espirito Santo* seyn. (Siehe hierüber die Charte des 1. Theils meiner Reise, wo der *Jucú* ebenfalls angedeutet ist.) Diese Blume blühte zur Zeit meiner Anwesenheit zu *Barra de Jucú*, wovon meine Reisebeschreibung redet. Die mitgebrachten Zwiebeln haben sich seit jener Zeit, bis zur Ankunft in Europa, im Herbste 1817, vollkommen gut erhalten, wo ich sie dem Fürsten von Salm mittheilte, in dessen Gärten sie zur Blüthe gebracht wurden und dessen kunstreicher Hand wir die zierliche Abbildung verdanken.

Noch hat die von mir bereiste Gegend von Brasilien einige schöne Arten der Gattung *Amaryllis*, die ich aber leider nicht alle mitgebracht habe. Die eine davon ist feuerfarben und blühte häufig in der Ebene an der Seeküste zu *Villa de S. João*; eine andere bedeckt das Ufer der Flüsse, z. B. des *Alcobaca*, *Prado* u. s. w., ihre Blumen sind weiss, mit schön purpurrothen Staubgefässen, — beyde Arten haben eine zweiblumige Scheide. Eine vierte Art befindet sich noch bey mir, hat aber nicht geblüht. Die vorhin genannte, weisse Art wächst meistens im Wasser.

Max. Prinz von Neuwied.

---

*Prunella vulgaris*



*Amargosa principis*



*C. Müllerer*





*Princ. a Salm Dyke princ.*

*Amaryllis principis.*

*Ge. Müller sc.*



# DE MYCETOGENESI

ad Acad. C. L. C. N. C. Praesidem

## EPISTOLA.

Sc r i p s i t

C. G. EHRENBURG, Med. Doct., Acad. C. N. C. S.

Cum tabulis VI. aeneis.

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL

WASHINGTON, D. C.

1917



**D**aturus operam, ut observationum, quas nuperrime in botanices substili illa Tibi mihiq̄ue adamata parte fecisse contigit, aliquam adumbrationem publico usui porrigerem, re ipsa flagitante, meoque impulsus desiderio, Te elegi, ad quem verba mea dirigerem. Tu enim ita mecum egisti, ut facile inductus essem, qui epistolae illius, - quam antiquo Catoni scripsit antiquus Cicero, quaeque incipit a verbis: «Laetus sum, laudari me, inquit Hector,» ad Te perferendam dedissem magnam partem, nisi in hoc ipso aliquid arrogantiae positum esset, quam a me alienam vehementer cupio. Jam cum Tu me familiaritatis, splendidique patrocini, quin amabilis amicitiae Tuae participem feceris, quae nunc publice expositurus sum, hisce litteris tanquam privato Tuo mitissimoque iudicio tradere statui, ut, si quid erraverim, aut justo audacius stabilire conatus sim, ne incon-suetum aliquem austumque iudicem in limine statim experirer.

Etiamsi enim, quicquid detegisse fortuna dederit, jam a viris harum rerum peritioribus bene praeparatum sit, facile tamen, qui non cum Tua earundem rerum cognitione Tuoque animo iudicium de his pagellis edere dignabuntur, παράδοξα et erronea invenire possent, quae ad ipsam veritatem proxime accesserint. Ex altera vero parte argumentorum subtilitas, in

qua deductiones meae nituntur, vel providum, διὰ τὴν ἀσθέρειαν τῆς σαρκός, a recto tramite deducere sane potuisset.

Quod probe observavi, patrocínio Tuo mando, neque muginor;  
metum

Tradens protervis in mare Creticum

Portare ventis.

Te auctore fungi desiere esse fungi, facti sunt cognoscendi orbis graves et amabiles incolae. Te coram non deficere mihi poterit ardoris illius aliquod momentulum, quo absconditam neglectamque fungillorum virtutem candida meritaque luce illustrare cordi Tibi fuit et religioni. Faxit Florum Dea, ut quicquid et ipse adtulerim, ne detrimento sit illis, sed augmento qualicunque futurum.

Ineunte anno praeterlapso cum Berolini versabar, studioli mei, fungos sporidiorum ope propagandi, exoptatus testis eras. Tum quidem ab aliis studiis occupatus, parum adhuc profeceram, nisi quod, quas serebam fungorum plantulas, pulchre efflorescerent.

Unum lucrum me ad scientiam inde detulisse, narrare Tibi poteram, dico sporidiorum germina, in Penicillio glauco Linki a me observata. Sed sporidiorum illorum exilitas, quae aliquoties causa fuerat, cur, quod ego videram, non cernerent alii, me timidum reddiderat atque tardum ad demonstrationem; ideoque, ut ἀποψηῖ illa cognosceres, Te non invitavi, omnemque observationem, etiamsi graviusculam, mittere statueram, donec aliquantum majora similium plantarum sporidia examinandi occasio largiretur. Haec oblata est ejusdem anni Mense Sextili, cum Delitii prope Lipsiam versabar, in paterno domicilio pueriles annos revolvens. Eaedemque observationes literarum harumce sunt maxima causa.

Quod in Penicillio observaveram, sermone attigi in tractatu de Syzygite, qui exstat in *den Verhandlungen der Gesellschaft naturf. Freunde zu Berlin.* 1 Band II Stück.

Quicquid vero lucratus sum, debeo illud qualicumque meo studio, in generationis, aequivocae dictae, imperio explorando eoque in fines suos constringendo consumo. Profecto enim nunc temporis generationis aequivocae mutua laus et patrocinium tam vulgaria sunt, ut fere persuasum mihi habeam, esse, qui docte credant, etiamnunc homunculos ea ratione propullulare, quam nuper resuscitavit Celeberr. Oken, aut quam Paracelsus exercuit. Jam ne a doctis ingeniosisque viris de hac re justo citius evinceret, abhorrere aliquantulum consulto coepi a generationis aequivocae omni imperio, voluique, ut liber essem. Sed ne crede, me dogmatis illius vim omnem penitus evertere conari, qui viribus meis impar et inutilis et absurdus labor esset. Sed fortiter aggrediendo illam ab eo latere, quo a fungis tuetur, haec ego, quae in manus Tuas repono, deportavi spolia; fore spero, ut ea mox altera sequantur.

Jam vero in hac ipsa epistola nolo exponere, quid observaverim, quippe quod in additis schedulis iconibusque Tibi proposui; sed pace Tua fabulari velim Te coram de commodis, seu potius de conspectibus aliquibus, qui rei botanicae ex illis observationibus redire mihi visi sunt.

Primum de sporidiis fungorum generaliora verba faciam. Vidi equidem, et profecto laetatus sum de hac re et testes habui Viros Clarissimos Schwaegrichenum et Reichenbachum, Lipsienses, et mox Sprengelum et Kaulfussum, Halenses, quid quod Te habui testem ipsum et gravissimum, — vidi sporidiorum distinctissima germina. Valde

aucta sporidia, germinibus instructa, evidenter docuerunt, epidermidem suam in germinatione non dilacerari neque ab exeunte embryone perforari, sed dilatari in verrucam, communemque esse sporulis et germinibus. Neque duplex germen in singulis sporidiis semper aderat, quod praecipit Richard, sed rarissime duplex conspiciebatur, saepius simplex idemque demum maxime elongatum. Utrum pars sporidii elongata sive germen, ubi duplex est, semper ad terram sursumque spectet, extricare nequivi et hujus rei demonstrationem Richardo filio defendendam relinquo. Equidem singula germina ad diversissimas directiones conversa deprehendi, nunquam vero statim sursum erecta.

Quod ad structuram sporidiorum, conficiuntur illa ex membrana simplici et ab aqua interna sensim turbidula. *Le tissu de la sporule*, de quo Richard loquitur, cerni a me nequivit et *ὑποθετικὸς* est. Equidem, cum sit

— modus in rebus, sint certi denique fines, facile membranam illam pro simplici haberem, praesertim cum compositam videre nullo modo contigisset. Apud Kaulfussum, Halensem, et apud Heynium, Berolinensem, vidi singula Oidei sporidia ad pisi magnitudinem aucta, membranam vero pellucidam esse didici et simplicem. Quid futura aeva censebunt, divinari nequit, qui vero divinationem aliquam sibi indulget, *κατηγορικῶς* loqui non debet.

Jam suntne sporidia semina vocanda an gemmae? Etiamsi de hac re lites diremtae esse videantur, non possum, quin arma denuo moveam. Recte monet Gaertner, fungorum sporidia, si semen vocandum est corpus, cujus intra peculiaria conceptacula et a peculiaribus organis nova producitur medulla, a nomine illo esse excludenda.

Nulla enim modo sporidia continua sunt cum vasculis umbilicalibus ita, ut ne unus quidem acutissimorum virorum, qui nuperius in hac re subtile studium posuerunt, vel vestigium vasorum detexerit. Quid vero, si partem seminis haberemus illa sporidia? Quid, si compararem ea cum simplici nudoque Embryone et Cotyledone? Si quis animum advertit ad sporidiorum evolutionem, summam aliquam affinitatem negare nequit, quam habet illa cum evolutione Embryonum, intra semina superiorum plantarum positorum. Conferas, quaeso, Rhizopodis nigricantis nostri additam formam sextam cum Cannae indicae germinatione, f. 7—9 propositam, quam a Mirbello mutuatus sum. Et vero, quod ad originem suam, bene congruunt.

Ab initio enim humor sunt ambo, et in conceptaculo aliquo peculiari continentur, sensim concresecunt in punctum solidiusculum et tum in humore superfluo libere natant. Sporidia dein saepius e conceptaculo suo exeunt, remanent Embryones. (Dum haec confero, in mente habeo simpliciores illos Embryones monocotyledoneos.) Quicquid hoc sit, justius esse duco, ut fructus plantis vel simplicissimis non negetur, sed partes earum, fructum efficientes, tali modo interpretentur, ut, quantum hoc sine absurditate fieri licet, pro corporibus ab illo diversis non habeantur.

Jam sine multa vi, neque, ut videtur, nimis σοφιστικῶς, fungorum sporidia aut pro Embryonibus nudis, aut pro Cotylodonibus simplicibus haberi queunt, et ita fungis servatur fructus aut semen, pars plantis omnibus communis.

Discrimen aliquod intercedit apud fungos inter Ascophoras (Mucos) fungosque thecas aut ascos gerentes, et inter Monilias hisque similes formas. Ascophorae (Mucos)

et asci sine magno imaginationis apparatu pro seminibus (testis) singulis, plures nudos Embryones includentibus, haberi possunt, de quo confer schema nostrum, lineis exaratum (T. XX.); sed sporidia, quae a Moniliis veniunt, facillime pro gemmis habentur, quarum naturam omnem in se susceperunt. Monilias equidem formasque illic spectantes sic intellexi, quae essent meri Embryones, testa expertes, ideoque gemmarum more sese multiplicantes. Specie igitur conveniunt quidem cum gemmis, dignitate vero ab illis recedunt, quoniam simul Embryones referunt. Sed de his rebus forsitan infra probabilius loquar. Lycoperdorum peridia, cum sint contexta, neque continua, non, uti Mucorum capitula vel asci Pezizarum cet., pro seminum genuinis testis haberi debent. — Haec nunc tetigisse, non pertractasse, volui. Sed non sufficit, ut nostram sententiam adtulerimus, jam contra Gaertnerum signa feramus.

Gemmas vocari non debere illa corpuscula, inde patere videtur,

1) quod ea non, uti credidit Gaertner, Michellii observationibus fidem omnem tribuens, sese ampliando ex una parte in fibrillas radicales, ex altera parte in fungum abeunt, sed germina longa agunt, radiculis plumulisque per aliquod tempus expertia, deinde vero et plumulam acquirunt et radículas, aut singula singulas aut plura communes. Quae inde prodeat affinitas cum plantarum magis compositarum (monocotyledonearum) evolutione, ex icone nostra Cannae, jam laudata, facile intelliges. Talis nunquam est gemmarum evolutio.

2) Alia in promptu est causa, cur gemmas esse sporidia negemus. Secundum Gaertnerum enim ipsum eosque, qui

hunc plurimi secuti sunt omnes, et secundum analogiam, a plantis phaenogamis et animalibus petitam, e quavis gemma prodire debet planta matri suae simillima. Jam ab omnibus mycologis agnoscuntur varietates fungorum, aut, quod rectius est, specierum vagae formationes, neque hae omnes ab aliquo casu externo profectae esse poterunt. Hinc illas plantulas a cotyledonibus oriri verisimilius duco; — gemmae enim omnem foecundationem a se excludunt.

Suntne sporidia cum Cotyledonibus, an cum Embryonibus justius comparanda? De hoc ita fere sentire didici. Si quaerimus apud plantas phaenogamas sporidiis *αναλογὰ τινα*, nullo modo deserimus. Fungorum sporidia germinantia nonnulla (Moniliarum cet.) optime referunt Cuscutae Embryones imperfectos, acotyledoneos, quos quidem Richard monocotyledoneos vocaverat, etiamsi ex uno foetus, in spiram convoluti, termino radix promoveretur, ex altero gemmula, ideoque Cotyledon medium inter illas partes locum obtineret, plane inusitato more. Alia aliorum fungorum sporidia, pro veris Cotyledonibus singulis, nudis, haberi possunt, illa quidem ex Rhizopode, Clavaria et huic affinibus fungis edita, quippe quae non ipsa ex una parte in radicem ex altera parte in fructum abeunt, sed in aliqua sua media aut terminali parte radiculam gemmulamque agunt, sibi invicem oppositas. Haec ultima sporidia ab Embryonibus plantarum monocotyledonearum eo tantum recedunt, quod in ipsis non ab initio statim plantae juvenilis rudimenta declarata sunt. Attamen, cum haec serius ab iis edita appareant, tribuere possumus sporidiis illis potentiam (*δύναμιν*) aliquam, has partes ex se promovendi. Sic etiam in Cuscutae embryonibus, dum in semine latent, desunt rudimenta futurae plantulae,

serius accessura. Jam si *Cuscutae* foetus jure vocatur *Richardo*: Embryo exorhizus, monocotyledoneus, aut rectius forte alii: Embryo exorhizus, acotyledoneus, tunc profecto ex eodem jure fungorum nudi foetus vocantur hi: Embryones nudi, exorhizi, acotyledonei; illi: Embryones nudi, endorhizi, monocotyledonei.

Quod fungorum Cotyledones et Embryones cavi sint, phaenogamarum solidi, non multum discriminis esse videtur. Illi simpliciores sunt, hi magis compositi.

Coitum aut organa sexus plantarum desiderari ad seminis explendam notionem, non liquet. Coitus a fungis non omnino alienus est, quin apud plurimos conspicitur. Sed de his etiam alibi fusius; sic enim satis intellexeris, quid moliar.

Transeo ad *Ceroidium* sive *Carcithium*; hoc enim a *Neckero* datum nomen antiquius est voce *Mycelium*, a *Trattinnicko* proposita. Secundum meas observationes *Carcithium* a fibris duplicis generis conflatur, nempe a Cotyledonibus, in fila ramosa elongatis et implexis, et a fibris fructuum fungorum radicalibus. Rarius hi duo fibrarum apparatus sensibus distingui possunt a se invicem. Saepe tamen Cotyledones paulo crassiores sunt et nimis ramosae, laxiores radicae. Locus eos bene distinguit. Primum de cotyledonibus agam.

Cotyledones fungorum elongatae proprie plantae sive fungi vocari deberent, qui vero fungi audiunt, sunt fructus fungorum. Sic etiam refert *Jussieu* (*Gen. pl.* 1789 p. 5.) *Duchesnium* in mente habuisse, Fungos *Lichenibus* assimilare, eosque pro scutis extraneis plantarum subterraneorum seu clandestinarum habere. An ille tractatus in vulgus prodierit, nescio, sed illa *Duchesnii* sententia optime



quadrat in meam rem. Forsitan et aliis ex iconibus nostris haec proficiscetur persuasio. Cotyledones illae ramosae, perplexae, a phaenogamarum plantarum cotyledonibus germinibusque differunt prolongatione sua maxima et imprimis eo, quod ramos agunt, quod in fasciculos coeunt, maxime vero, quod in uno eodemque valore persistunt, functiones sexuales in se suscipere videntur, fructumque ad maturitatem usque et ultra non deserunt. Qui singulares has fungorum partes germinum aut Cotyledonum voce vocare noluerit, possit vocem Rhizopodium adhibere, quae Heynio, Berolinensi, placuit. Cui peculiari nomine non opus esse videtur, hoc faciat missum.

Ex Rhizopodio futurus fructus rarissime cognoscitur. Diversissimorum enim fructuum Rhizopodia sibi simillima esse solent, ita, ut jure aliquis dicere possit, fungos (si non fructus, sed Rhizopodia hoc nomine signamus) sola dignitate esse a se diversos, i. e. potentia (*δυναμει*), proprios fructus proferendi.

Rhizopodia, longitudine aucta et vario modo inter se complexa, nudos oculos afficere solent colore suo, saepe niveo. Byssi, Himantiae, Rhizomorphae aliorumque generum permultae species Rhizopodia fungorum sunt, non sunt perfecti fungi, sive, quod rectius dicitur, sunt juveniles aut steriles fungi. Hoc iam bene exposuerat Pallisot de Beauvois, sed idem cum hac ipsa re sibi apud Suecicos viros malam crucem paravit. Quod ad Rhizomorpham subcorticalem, in qua peccaverat Pallisot, peccaverat Haller aliique, et haec forte ad Thamnomycetes, quos vocavi, referri debeat. Attamen et ego tubercula vidi in illo corpore, qualia fere depinxit Acharius, quae vero r<sup>n</sup>

pro fructibus agnoscere potui; erant rudes excrescentiae. Equidem Sphaeriae polymorphae cum illis Rhizomorphis magnum commercium observavi; quid inde concludam, non eloquor, nam timeo suecicos viros. Unum addam, quod et inter Acharianas Rhizomorphae species Solani Dulcamarae radices militare videantur, quas in herbarum collectionibus non raro vidi. Dignoscuntur epidermide laxa, quae facile detrahi potest, eademque intus et extus nigro-fuscum colorem induerunt.

#### De radice fungorum.

Multum disceptatum est a botanicis et philosophis, ane fungi radices habeant, nec ne, et alii totos fungos pro radicibus habuerunt (*ἄδρον ρίζα ἐστὶ*). Nunc demum ostendere possumus, fungos plurimos radice esse instructos. Proximus veritati fuit iam ante multos annos ille sagax O. F. Müller. — Fungi, qui dicantur, esse fructus fungorum, tanquam veram aut verisimilem rem sumo. Iam vero sintne radices, nec ne, facile perspicitur. Invenimus ad basin fungorum fibras, tanquam radios a centro exeuntes; hic est radicum habitus, haec sunt radices. Radices enim semper oppositae esse solent fructibus aut futuri fructus prodromis et praeconibus. Ubi neque fructus neque indicium futuri fructus existit, ibi radix esse non solet. Apud fungos, scapo expertes, fructus sibi ipsi praeco est orienti, ideoque non nisi cum fructu demum radices existunt. Id quod optime in oculos cadit apud Rhizopodem, cujus iconem Tecum communicavi. Eundem valorem tribuo capillitio Erysibarum. Nec non apud Clavariam nostram, quid radix sit, quid Cotyledon, sive Rhizopodium, facile intelliges. Sed non omnes fungi radice gaudent. In simplicioribus formis ipsum Rhizopodium, ipsa

Cotyledon, illo munere fungitur et in Pulverariis vel Rhizopodium omne desideratur et nuda Cotyledon, sive sporidium nudum, omnia munera in se suscipit, ita ut mater filiolarum se praebeat radicem et Rhizopodium.

Ad radices delegandas esse censeo permultas Himantiarum et Byssorum orbicularium formas. Si qua enim fructus formari jam incepit, subito vero humoris magna copia, nutrimentique in universum largus fons aperitur, tum radices crescunt in immensum spatium, fructus enutritionem relinquentes. Jam cum ita fibrae ex uno centro quoquoersus exeant, necesse est, ut orbis existant. Fibrarum rapidum incrementum compescitur nutrimenti copia imminuta et lucis stimulo, fructum promovente. Optime jam Pallisot scripserat: *si l'air et la lumière y pénètrent (ad Mesentericam argenteam de M. Persoon) un peu plus, le centre se charge de plicatures cet.* (*Ann. du Mus. X. p. 344.*) Ubi punctum aliquod medium (fructus neglecti vestigium) non conspicitur, Byssus orbicularis ad Rhizopodium referenda est.

Nunc agam de alio themate, non minus trito, quam radices:

de functionibus fungorum sexualibus.

Falli me potuisse in re subtilissima, non nego, sed, quod iterum iterumque observavi, Tecum ingenue communicabo.

Recte monuit Treviranus, non opus esse organorum sexus, qualia sunt apud formas compositas, ad perficiendum sexualem actum, et iis, quae Vir egregius de Confervarum coitu in *Voigts Magazin d. Naturkunde 7. B. p. 35* egregie exposuit, lubenter adscribo. Organa sexus apud fungos nulla vidi, si verrucas exceperis, in Syzygite obvias, quae Coniugatarum verrucas sexuales aemulantur; coitum aliquem

sexualem apertum deprehendi. Observationes meas brevi exponam.

Fungorum Rhizopodia ad fructus formationem ineundam duplici modo sese parare solent. Alii, iique plurimi fungi, quos in systematis Tui regno primo et secundo reposuisti, singuli (i. e. Rhizopodia eorum singula) fructum emittunt. Ex his nonnulli, postquam sporidia sese in filum prolongaverunt, in apicibus singulis singula sporidia gerunt; alteri septis certis intercluduntur et aut in supera parte aut toti quanti demum in sporidia dissolvuntur; tertii sporidia esse nunquam desinunt, etiamsi nova sporidia gignant, quales Pulverariae. Hi omnes fungi eo inter se conveniunt, quod singula Rhizopodia (germina) fructus ferunt. Apud eosdem radices raro inveniuntur.

Huic societati opposita est altera, quae Tua Vegetabilia fungosa fere complectitur. In hac serie singula Rhizopodia (singuli fungi, singula sporidiorum germina) fructus non agunt, sed coeunt cum aliis sibi similibus fibris et conjuncta fructus communes proferunt. Apud haec radices raro desideravi. Illam societatem vocaverim fungos idiotocos, hanc fungos coenotocos.

Fibrarum subtilissimarum ille coitus, quem fructus incrementum sequitur, aut sine quo certe apud hos fungos fructus non oritur, interdum facile et distincte conspicitur, interdum cum aliquo studio quaerendus est. Nunquam defuit meis observationibus, ubi condiciones favebant. Fibrarum coitus saepe fit in aliquo puncto, interdum, neque raro, fasciculis filiformibus manifestatur. Saepe uterque modus in eadem specie fungorum deprehenditur, interdum ille primus solus invenitur idemque difficilior conspectu est. An et alter,

per fasciculos, solus in nonnullis formis adsit, non comperi. Formae, quae coitum per fasciculos (Rhizomorphas dictos) spernunt, sunt: Sclerotia, Tuberculariae, Erysibae, aliae; quae adamant illum, sunt: Agarici, Clavariae, aliae. Ubi duplex ille locum habet, a conditionibus externis pendere solet, uter eorum dominetur. Ubi humiditatis magna copia, lucis parva copia est, illic fasciculi longissimi formantur, interdum lineam crassi, ramosi et vario modo se retis instar conjungentes; ubi contraria datur conditio, ille alter coitus invenitur. An fibrae, cum coiverunt, verrucas emittant, more *Convervarum* quarundam, non certo vidi. Apud *Erysiben* hoc sane visum est. Apud alias formas non verrucas, sed fibras distinctas prodire vidi, radiculis similes. De hoc veniam des, ut postea loquar. Nunc ego

#### de Fructu.

Fructus fungorum sunt a se invicem diversissimi. Alii, iique simplicissimi, ex mero *Embryone* conficiuntur, e tali geniti sunt talesque ipsi gignunt, (*Pulverariae*). Apud alios fungos *Embryones* nudi, simplices in filorum formam producuntur; mox articulati, quovis articulo novum *Embryonem* referunt, aut *Embryones* terminales plures, aut singulos gerunt. Hi fructus eodem fere jure gemmae dici possent. Jam alii fructus constant ex *Embryonibus*, capsulis (testis) inclusis. Hae testae verae sunt apud *Mucos*, *Uredines*, thecas *Pezizarum* cet., ubiubi continuae sunt; spuriae, ubi ex filamentis contextae sunt, ut in *Trichiis*, *Lycoperdis* cet. Nonnulli fructus praeter calycis *ἀνάλογον* semina gerunt, duplici integumento vestita (ascos). Alii denique calyce duplici utuntur. Hi ultimi fructus fungorum phaenogamarum plan-

tarum fructus non male referunt, etiamsi ab illis diversissimi maneant.

Quod ad originem fructus, praemittendum est, me de hac subtili re duplex detulisse iudicium, quorum alterum forte erroneum est. Utrumque narrabo. Apud multas quidem formas fructuum ortus luculenter a me observatus est, nempe apud illas permultas, quas idiotocas appellare placuit. Hujus actus fides icones dedi in adjectis schedulis. Oidei typum sequuntur omnes formae, quas in Sporotrichorum familia reposueram, nec non Parasporia. Hypsispodium (genus aliquod novum, cuius iconem signo \* notavi, Verticillio proximum) Botrytidum typum referat, et sic porro. Quo facilius in his fructuum evolutio intelligitur, eo majori labore opus est ad intelligendas coenotocas formas. Saepe quidem credidi, nunc me rem bene perspexisse et crederem hoc etiam nunc, nisi cum maxima perspicuitate duplicem fructum formandi modum deprehendissem, ubi unam eandemque requirebam. Forsitan duplex locum habet, forsitan in alterutro me fefellit, id quod verisimilius videtur. Ambos Tibi proponam.

1) Praemittendum est, me ex subtilioribus disquisitionibus fungorum anatomicis persuadere mihi nunquam potuisse, confici fungos e cellulis, inter fibras dispersis. In tenuissimo quovis segmentorum margine sub validissimo augmento semper solas fibras observavi, saepe ramosas. Ubi cellulosa compages adesse videbatur, discerpendo eam saepe in meras fibras resolvi. Liberas cellulas, e floccoso contextu sub microscopio prodeuntes, pro fractis ramulis sporidiisve, quoquo casu (a cultro secante cet.) illic delatis, non habere

non potui. Si vero aliquis tenuissimarum fibrarum contextum pro mucro difformi habeat, is maxime erraverit.

His observationibus convenienter vidi saepissime et luculentissime Sclerotii, Agaricorum et Thelephorarum aliquarum neonatos fructus e meris fibris ramosis erectiusculis 6 ad 9 et ultra constantes, quae, una conspectae, sub simplici lente tenuissimum lanae punctum referebant. Non raro videre contigit tales fibras in Rhizopodiis, super Lichenes muscosve effusis, a fibrarum basalium tenuissimis fasciculis libere suspensas, et naturam earum quam minutissime perscrutari potui. Mitto Tibi tale Thelephorae specimen, ex quo facillime, quod vidi, probare poteris. In his observationibus innixus, adjectum illud schema delineavi, in quo fungorum dignitatem et structuram ante oculos ponere conatus sum.

2) Contra haec, quaqua cum cura investigaverim Erysibem orbicularem, ad has observationes valde idoneam, nunquam ab initio filamentosi aliquid videre contigit. Secundum observationes, in hac plantula factas, fructus originem mihi informare hanc debebam, ac si fibrae, postquam coiverunt, verrucas agerent, quae coniunctae futuri fructus incunabula essent. Quod vidi, delineavi fida icone. Sed cum Erysibem sub aqua tractavissem, Thelephoras vero, et has imprimis, siccas optime perspicere potuissem, plus fidei tribui his, quam illis observationibus.

Ex his status primi observationibus et ex aliis, in adultis formis factis, hanc putavi esse fungorum (fructuum) structuram: e fibris basalibus (Rhizopodio) in aliquo coitus loco proveniunt fibrae tenuiores, ramosae, flexuosae, erectiusculae. Harum rami ramulique indies arctius se amplectuntur

suoque turgore massae carnosae speciem referre incipiunt, (vexati, aliquanto fragiles se praebent). Iam, ubi aliquod peridium siccum paratur, moriuntur et siccescunt externae, steriles fibrae, internae vero aut ad Moniliarum modum ipsae in sporidia abeunt, aut Mucorum instar apicibus dilatantur et in thecas aut ascos efflorescunt. Cyathus crucibulum ab initio conficitur fibris, supra descriptis, ex Rhizopodio ejus emersis. Haec se mox amplectuntur et globulum hirsutum referunt, colore aureo-rutilante insignem. Quoquo versus augetur ramulorum apparatus. Qui ramuli extus positi sunt, fungillo servant (juvenili) hirsutum habitum, qui intus sunt, magis magisque perplexi evadunt. Mox sursum tendit plantula, aucto fibrarum numero. Intus conspicitur fibrarum apparatus albus. Jam coeunt, uti hoc verisimile est, internae fibrae et in certis aliquibus locis novos internos fructus parant. (Forsitan hic de duplici coitu loqui debemus, altero ad totum fructum formandum, altero ad capsulas seminiferas internas producendas). Usque ad hoc tempus fungillus solidus est et intus aequae ac extus e fibris perplexis constat. Si paullo magis adultus dissecatur, observantur jam carnosae illae capsulae ipsaeque laesae humorem ostendunt (e thecis immaturis laesis profluentem). Iam siccescit, apice dilatatur et rumpitur ore rotundo. Massa fibrosa interna, cujus maxima pars, versus apicem posita, sterilis mansit, tympanum refert, mox dilaceratur et perit. Quae intra capsularum spatia fuerat, partim in peridiola capsularum abit, partim siccatur et evanescit. Saepissime remanet in quavis capsula vasorum fasciculus, tanquam funiculus umbilicalis, qui postea illis pro ligamento inservit. Sic fungus absolutus Pezizam lentiferam Linnei sistit.



Circa fungorum fructuum structuram memorabilis est Seba, qui Botanicos hucusque effugisse videtur. Ille enim in Thesauro suo, Vol. I. Tab. I. f. 10, σκελετόν alicuius fungi depingi curavit. Icon Agaricum aliquem, aut Boletum stipitatum refert, cujus structura tota filamentosa perhibetur.

Restat, ut commemorem singularem structuram, quam fungorum semina, ubi adsunt, sibi vindicant. (Fungorum semina nunc dico non sporidia, sed thecas et ascos et stipitata Mucorum capitula, rel.) Haec non in singulis testis singulos Embryones (Cotyledones) servant, qui mos est phaenogamis plantis et Filicibus et Muscis, sed plures semper et interdum plurimos in se recipiunt. In unico fungo hucusque disporas thecas vidi, scilicet in Erysibe biocellata. In Mucoris stoloniferi capitulo semel quadraginta numeravi.

Jam si

de acceptione fungorum (ἐμφάσει)

verba pauca fecero, epistolae finem, quam Tu requires, imponam. — Fuerunt, qui fungos pro Radicibus et pro Fructu et pro Flore haberent, et jure profecto quaerimus de aliquo connexu harum formarum cum phaenogamis plantis. In apposita schedula habe meam ex aliquo mentis animique conjugio petitam fictionem, ad quam illustrandam lineis uti satius fuit, quam verbis. Quae mere observata sunt, seorsim collocavi.

Plura, quae de sporidiis diversis, in uno loco satis, ut e conjugio germinum formae spuriae orientur, — quae desporidiorum germinandi potentia, ebulliente aqua non deleta, spiritu frumenti non imminuta aliisque non paucis huc spectantibus ob-

servationibus et experimentis Tibi narrare possem, si, quae coram sunt, non plane reprobentur, aliquando perfectius elaborata proponere animus est.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰντα τάδε.

---

## Catalecta quaedam

de

Fungorum ortu et incremento. \*)

---

**N**icander \*\*) olim cecinit, fungos esse: Ζύμωμα κακὸν χθονός, et tantum abest, ut saecula poëtae dictionem e naturali scientia deleverint, ut ad hunc usque diem sensim subtilioribus et σοφιστικότεροις tuita sint eam argumentis.

Ut, qui antiquissimi viri de fungorum semine loqui videntur, vera fungorum semina in mente habuerint, an semen, a Tiaris invectum, et σπερματικὴ ἀρχὴ, ὑποθετικὸν potius aliquem virilem et foecundantem humorem significant, sub iudice lis est. Attamen, quoquo cum acumine Casaubonus interpretatus sit illum Athenaei \*\*\*) locum, vix credibile est, eandem, ac illi, veteribus fuisse mentem. Nam ex Petronii \*\*\*\*) verbis, qui de Trimalcione suo salse refert, eum scripsisse, ut ex India boletorum semen sibi (guloni) mitteretur, nisi sub-

---

\*) Plura collegerunt Blottner, Fellner, Hedwig, alii.

\*\*) Alexipharm. v. 521. in ed. Schneid.

\*\*\*) Δειπνόσοφ. Lib. II. c. 21. p. 99. ed. Casaubon.

\*\*\*\*) Satyric. ed. Berol. 1785. c. 38. p. 34.

absurde, nemo virile semen extorquere posset. Ideoque certo et antiquissimi viri de proprio fungorum semine locuti sunt.

Primus forte Clusius \*) de observato fungorum se-<sup>1576.</sup>rendo semine locutus est. Sed ille Cyathi capsulas pro simplicibus seminibus habuit, quod, etiamsi tum temporis perspicillorum usus iam vulgaris fuerit, mirum non est, cum in hac ipsa re peccaverit Linneus. \*\*)

Costaeus \*\*\*) fungos pro »excrementis potius terrae,<sup>1578.</sup> quam plantis, « habuit.

Porta †) vera fungorum semina primus indagavit: Se-<sup>1588.</sup>men perbelle collegimus exiguum et nigrum, in oblongis praeseptolis vel liris latens, e pediculo ad pilei circumferentiam protrusis, et praecipue exillis, qui e saxo proveniunt, ubi, decidente semine, perenni feracitate seritur et pullulat.

Camerarius ††) recudit Mathioli opinionem: *alle*<sup>1590.</sup> *Schwämme sind weder Kräuter noch Wurzeln, weder Blumen noch Saamen, sondern eytel vberflüssige Feuchtigkeit der Erden, der Bäume, der faulen Hölzer und anderer faulen Dinge.*

J. Bauhin †††) fungos habuit pro spontaneis terrae excres-<sup>1650.</sup>centiis.

In Ephemeridibus Naturae Curiosorum ††††) fungorum origo<sup>1670.</sup> absonus propinatur, qui sequitur: robora, quando ob de-

\*) Rarior. stirp. gen. XXIII.

\*\*) Amoen. acad. Ubi narrat, sese frustra sevisse illa corpuscula.

\*\*\*) De stirp. Nat. p. 55.

†) Phytogn. l. 6. c. 2.

††) Mathioli Kräuterbuch durch Camerarius.

††† Hist. Pl. V. 3. p. 821.

††††) Dec. 1. p. 114.

bilitatem seminalis virtutis plantas aut animalia producere nequeant, ne veluti otiosa nihil produxisse videantur, generare infimi gradus substantiam vegetabilem eamque passim tubera et fungos appellari.

1687. Quae Malpighius \*) de fungorum primo incremento observavit, non magni facere debemus, etiamsi dicat: »in exortu filamentorum ingens contextus luxuriat, a quibus, tandem in fasciculum unitis, fit caulis.« Nam haec ipsa verba, et multo magis, quae illa sequuntur, de fungorum origine tradita, bene probant, virum doctum ingenio suo nimis indulgisse. Bene hoc egit, quod animos ad filamentosum illum contextum advertit.

Tournefortius \*\*) facile primus instat, semina fungis omnibus esse tribuenda. Semina singulis, ait, inesse, naturali quodam judicio adducimur ad credendum, quamvis frustra explorentur in pluribus musci et fungi speciebus.

1707. Alius eorundem annorum vir his utitur verbis: \*\*\*)  
*Nous serions encore moins excusables qu'eux (les Anciens), si nous pensions comme eux, nous, pour qui le nombre des plantes, qui n'ont point de semence visible, est beaucoup plus petit. Nous pouvons donc avancer sans crainte, qu'elles en ont toutes, et nous assurer, que si l'expérience peut jamais aller jusqu'à démêler le fait, elle nous justifiera.*

Idem ille sagax ignotus Gallus ibidem observavit: *dès que l'on peut appercevoir la plus petite partie d'une plante nais-*

\*) Opera omnia. Tom. I.

\*\*) Instit. Rei herb. vol. I.

\*\*\*) *Mémoires de l'Acad. de Paris* 1707. p. 45.

sante, on la voit déjà toute formée, et il est sensible, qu'elle ne fait plus ensuite, que se développer et croître, marque certaine, qu'elle n'a rien fait de plus depuis le premier instant de sa naissance.

Tournefortius de primo fungorum incremento haec tradit:\*) » que cette substance (cotonneuse et filamenteuse, nommée blanc de Champignons), venant à prendre plus de consistance, elle se charge de distance en distance de petits mamelons, lesquels à mesure qu'ils grossissent, percent le fumier, la terre ou l'écorce des bois, et produisent ce qu'on appelle les champignons.

Rebus sic fere praeparatis, exstitit Micheli, cuius nive<sup>1729</sup>. candidiores de plantarum natura observationes permultum botanicae luci adtulerunt. Centies repetita ejus de hac re verba sic constringamus:\*\*) Die decimo Junii 1718 multas — fungorum species — collegimus. — Plura — folia extendimus super tabulam —, superposuimus — quam plures ex iisdem fungis, — ut quilibet fungus super — folia semen deponeret. — Foliorum species — omnes — recondidimus loco, producendis fungis idoneo. — 20 Sept. — in aliquibus — cumulis, — qui constabant foliis Illicis vel Lauri, vidimus ex iisdem seminibus plura ad crassitiem granuli panici adaucta, quorum involucrum in candidissimam ac tenuissimam lanuginem abierat, omniaque radículas capillares et subhirsutas egerant; — paucis diebus elapsis, ex eadem lanugine capitula

\*) Depromsi haec verba ex *Annal. du Mus.* vol. X., ubi Pallisot mentionem eorum fecit.

\*\*) Nova pl. Gen. p. 136.

erumpere incipientia et — totam fungorum formam— vidimus. Haec Michellii observatio eo gravior fuit, quo magis contrariae erant observationes, vel potius sententiae, (1714) quas paullo ante Marsigli\*) et Lancisi\*\*) ediderant, quippe qui semina negaverint prorsus.

1753. Michellii observationes optime probavit Gleditsch.\*\*\*)

Ultra progressus non est. Neque tum deseruit eum O. F.

1762. Müller. \*\*\*\*)

Post viros illos nescio quis *κακοδαίμων* in Germania mentes a recto tramite seduxit.

1765. Münchhauseni \*\*\*\*\*) visiones tam probabiles visae sunt, sive tam inextricabiles et tam non improbables, ut permultis 1767. viris, nec non Linnaeo \*\*\*\*\*), arriserint. Sic fieri potuit, ut Büttner †) vel Muscas fungorum auctores haberet.

1774. Tunc melius huic rei consuluerunt J. F. Gmelin ††),

1775. qui semina in stationem suam revocavit, et O. F. Müller †††), qui accuratissimis suis observationibus rem acu tetigit; dummodo parumper exactius eam observasset et firmo sermone elocutus esset. Vidit enim apud Clavarias et Sphaerias, cet. distinctam ejaculationem corpusculorum oblongorum quorundam (thecarum), quae, dum exeant e suis claustris (papillis), sese curvando moveantur more anguiculorum. In vitrum planum

\*) Dissert. de generat. Fung. Romae.

\*\*\*) De ortu et textura Fungorum. Romae.

\*\*\*\*) *Mém. de l'Acad. roy. à Berlin* et *Method. Fung.*

\*\*\*\*\*) *Comment. Acad. R. Suec.*

\*\*\*\*\*\*) *Hausvater T. 2.*

\*\*\*\*\*\*) *Amoenit. acad. De mundo invisibili.*

†) *Weiss. Pl. cryptog. Goett. p. 2.*

††) *Naturforscher. IV. p. 70.*

†††) *Beschäftig. d. Berlin. Gesellsch. naturf. Freunde. I. 159.*

collecta, mox eadem in opus filamentosum coierant, seque, etiamsi brevissima, in longa fila conseruerant. (In sicco vitro!!). Felici conjectura assecutus est, quae sequuntur: *Die vielen schimmlichten Fasern und Fäden, welche man bisher für Wurzeln der Schwämme allgemein angesehen hat, welche bey einigen sich weit ausbreiten und alle im Wege liegende Gegenstände überziehen, sind den obenerwähnten sich durchkreuzenden Fäden nicht ganz unähnlich. Man hat lange geglaubt, dass diese Fäden aus dem Schwamm schiessen. Was würde man sagen, wenn dieselben aus den obenerwähnten lebendig scheinenden Molekülen entständen und nachdem sie sich durch viele Umwege in dem feuchten und erwärmten Erdreiche vermehrt oder die nöthige Matière zur Ausdehnung erhalten, eine bestimmte Schwammart bildeten?* Haec Mülleri conjectura a coetaneis ejus non ex-culta est.

Pallisot de Beauvois \*) Gallis in memoriam revocavit<sup>1785</sup>.  
Tournefortum et Vaillantum.

Hedwigijs \*\*) bene tuitus est Michellii observationes;<sup>1784</sup>  
suas, quae rem promovissent, tum addidit nullas.

Novum irritamentum adtulerunt Necker \*\*\*) et Maerk-<sup>1788</sup>.  
lin †), qui, Lancisii inveteratam opinionem resuscitantes,  
fungorum originem esse dicebant: teneram texturam, e plan-  
tarum fibris succisve natam, varias ob causas mutatis et ever-  
sis. Eandem texturam Necker Carcithii nomine appellavit.  
(Nonne Cercidium (κερκίδιον) rectius?)

His moderator exstitit Gaertner ††), Michellii vestigia<sup>1788</sup>.

\*) Confer. *Ann. du Mus. vol. X.*

\*\*) *Theoria gen. et fruct. pl. crypt.*

\*\*\*) *Traité sur la mycetologie.*

†) *Magazin v. Römer und Usteri. St. 3.*

††) *De fructibus et sem. pl. Prologus.*

premens. Eo tantum recedit Gaertner, quod corpuscula illa, quae semina vocaverat Micheli, pro gemmis haberi jubet. Nam, inquit, venditata pro seminibus granula ex ipsa fungorum medulla oriuntur, ex solo cortice et medulla componuntur, ac, quod caput est, ipso solis gemmis privo modo evolvuntur, dum scilicet manifestissime novam radiculam s. nutritios tubulos, ex integumento suo proprio derivatos (Mich. tab. 73. etc. Schaeff. Gichts. t. 1. Fungi bav. tab. 196., cet.) eidemque continuos, sub germinatione promunt, ac tota sua reliqua compage aequabili omnium partium incremento in formam, matribus suis simillimam, feruntur. Usus quidem est Gaertner Michelii observationibus easque auctoritate sua stabilivit, verum non excoluit illas.

Ejusdem aetatis anglici botanici Michelii germanicorum-  
 1788. que scriptorum dicta efferunt. Sic Bolton: \*) » *aber nun ist ihre Entstehung durch Saamen aus der Mutterpflanze allgemein bekannt, wie dieses Micheli beweist.*« Mox idem: » *Er (Hedwig) hat vermittelst des Microscops über den Streit des Daseyns der Staubfäden und Griffel, oder der männlichen und weiblichen Begattungsorgane, entschieden.*« cet.

1789. Quid tum senserint gallici, fateatur Jussieu. \*\*) Ille de plantis acotyledoneis dicit: Semina quorundam notissima, plurimorum nondum visa, caeterorum vix conspicua, in germinatione non manifesta. « Alibi narrat idem: \*\*\*) » in iis (fungis) latent corpuscula,

\*) English funguss. I. praefat. Vers. Willd.

\*\*) Gen. Plant. p. 2.

\*\*\*) Ibid. p. 3.



quae, terrae comissa, similem seu germinando seminum instar, seu radicando, ut surculi, plantam prognerant.» Mox idem in nota, ad paginam quintam posita: »tenuitas partium in prima evolutione non sinit, nodum plane solvere, sed observata phaenomena sexuum actionem et analogiam cum caeteris plantis affirmant.« Quod ad reliquam fungorum evolutionem, clarioribus verbis eam sic descripsit:\*) »Nascens fungus primordium filamentosum est et byssinum, in tellure aut arborum cortice latens radicis instar, passim tuberculis obsitum occultis, vicissim extra prominulis et in verum fungum productis celeri incremento.« Sic rem promovit Jusseus.

Novum impedimentum posuit Medicus\*\*), qui Nican drum pristinum novo palliolo ornavit. Fungos enim pro vegetabilium succorum crystallisationibus habet, quae oriantur cum putredine. Fungorum aliquas efflorescentes formas cum pure bono comparat. (Forte Aethalium flavum Linkii viderat.)

Schrankius\*\*\*) contra stetit, eique subvenerunt Hedwig et Willdenow. †) 1795.

Hedwig ††) in auctiore sui operis editione viam praescripsit, quam inire debeant, qui fungorum semina spe-

\*) Ibid. p. 5.

\*\*) *Magazin für die Bot. v. Römer und Usteri.*

\*\*\*) *Reise nach den südlichen Gebirgen von Bayern. Magazin f. d. Bot. v. Römer und Usteri. St. 12.*

†) *Vorrede zu Boltons Pilzen.*

††) *De generat. et. fructif. ed. Lipsiae 1798.*

cierumque evolutionem probe cognoscere studeant, ipseque fatetur, se ad perfectam eorum cognitionem non pervenisse. De his rebus, inquit, nil certi dici potest, nisi subtilioris anatomae ope et accurata observatione specierum evolutionis. Idem alibi: »rogo, ut invigilent ea exactitudine, qua par est, exclusioni eorum (fungorum), veluti ego invigilavi seminulis muscorum frondosorum et hepaticorum: insimul vero semper ante oculos habeant varium modum formamque variam, qua prodire assolent e suis claustris primordia plantulae seminalis. Prostant tentamina Michellii, cum polline fungorum instituta.«

1803. Post Hedwigium existit Abbas Lichtenstein \*) fungosque pro Zoophytis aëreis haberi jussit. Multa, quae huic Celebri Viro apparuerunt eumque illuserunt, explicari possunt ex ejaculatione thecarum eadem, quae Müllerum fere seduxerat. Sed etiamsi multa sint aperte erronea, suaderem equidem, ne despiciantur illae omnes observationes, Mülleri observationis memor, quam in Pilobolo crystallino fecerat, quam ipse expertus sum et de qua alibi sum locutus. Gradus fungorum evolutionis, a Lichtensteino propinati, minoris momenti sunt et oblivioni jure traduntur.

1804. Lichtensteini inventa sibi vindicavit Treviranus \*\*), eademque, nisi sibi veniant, Müllero adscribit. Treviranus, aequivocam generationem clara voce resuscitans, his (1805.) usus est verbis: \*\*\*) *Vereinige diese Beobachtungen mit der Hy-*

\*) *Voigts Magazin f. das Neueste aus der Physik*, 1803.

\*\*\*) *Voigts Magazin*, 1804.

\*\*\*\*) *Biologie B. III. p. 363*,

pothese von der Erzeugung aller Schwämme aus Saamen, wer da kann! Ich sehe keine Möglichkeit dazu. Idem defendit acriter contra Schrankium Münchhauseni sententiam hancce: \*) Wenn man jenen Staub (der Pilze) in Wasser legt und in einer mässigen Wärme aufbewahrt, so schwellen die Kügelchen allmählig an und verwandeln sich in eyrunde, bewegliche, Thieren ähnliche Körper. Diese Thiere laufen im Wasser herum und giebt man weiter auf sie Acht, so wird man am folgenden Tage wahrnehmen, dass sich Klumpen von einem härtern Gespinnste zusammensetzen, aus welchem weiter Schimmel und Kugelschwämme entstehen.

Tum etiam Frenzel \*\*) suam de fungorum origine 1804. sententiam proposuit, quae cum pristina Lancisii sententia omnino convenit. Proprium est Frenzelo, quod fungos propullulasse vidit: aus Sternschnuppen.

Trattinnick \*\*\*) eodem anno in Austria surrexit fungorumque primam originem Tournefortia methodo bene explicavit. Loco carcithii vocem mycelii adhibuit. Germinationem non tetigit.

Pallisot-de-Beauvois †) tum temporis Gallicis viris 1807. iterum in memoriam revocavit Vaillantum, suavitque Bysorum genera, sporidiorum expertia, e *συστήμασι* removenda, tanquam initia perfectiorum fungorum. Etiam si hunc de Rhizomorphis extirpatis valde reprehenderint suecici bo-

\*) Ibid. p. 396.

\*\*) *Physiologische Beobachtungen über den Umlauf des Saftes in den Bäumen und die Entstehung der Erdschwämme.* 1809.

\*\*\*) *Fungi austriaci.* Viennae 1805.

†) *Annal. du Museum d'histoire nat.* vol. X.

- tanici, vereor tamen, ne et Acharii\*) sententia sit aliquando interitura.
1807. Rudolphi\*\*) tum, de plantarum Physiologia optime merens, amplexus est Frenzeli sententiam dicitque: *wofür Medicus und Andere schon viele Gründe beybrachten, das hat ein neuerer Schriftsteller (Frenzel), wie mir dünkt, unwiderleglich dargethan, und auf ihn verweise ich.*
1807. Linkii\*\*\*) sententia haec fuit: *Man hat indessen noch nie das Keimen eines Samens der unvollkommenen Pflanzen beobachtet. Porro mox idem: 5) Sie entspringen (die unvollkommenen Pflanzen) aus einem flockigen Gewebe; ausser diesem besteht die Pflanze nur aus einem Samenbehälter, welcher in der Jugend schon vorgezeichnet ist. Viele Pilze. 6) Der Samenbehälter entspringt, in der Jugend schon vorgezeichnet, ohne jenes Gewebe. Die übrigen Pilze. Post Hedwigium tum demum rei mycologicae sua jura reddita sunt.*
1808. Louis Claude Richard †) primus est, qui observationibus suis ultra Michelium et Müllerum progressus esse videri posset; nisi et hic forte propriis observationibus minus insistat, quam Gaertneri sententiae, quae nulla alia est, quam Michelii ipsius. Verba ejus sequantur: *Les Sporules différent des Graines non seulement par leur mode de formation, mais encore et surtout par leur défaut d'Embryon. Une sporule parfaite, mise en action par la germination, crée ses*

---

\*) *Vetenskaps Acad. nya Handlingar.* 1816.

\*\*) *Anatomie der Pflanzen.* Berlin 1807. p. 22.

\*\*\*) *Grundlehren der Anatomie und Physiologie der Pflanzen.* Götting. 1807. p. 243.

†) *Démonstrations botaniques de l'analyse du fruit (par Duval.)* Paris 1808 p. 52.

premiers produits: la germination d'une Graine parfaite développe d'abord les parties préexistantes de son Embryon. Les points de germination de la première sont vagues: l'Embryon de la seconde en a toujours deux déterminés et opposés l'un à l'autre. Notandum est, quod accuratissimus et βοτανικότατος vir plura germinationis puncta singulis in sporulis commemoret, uti jam Gaertner fecerat, qui hoc non vidisse, sed e Michellii observationibus iconibusque, quas laudat, concludisse videtur.

Fischer judicat: \*) »Rudolphi betrachtet die Pilze aus dem rechten Gesichtspunkte, cet. Sie gehen aber täglich aus dem organischen Chaos hervor; gewisse Pilze bestehen mit bestimmten Modificationen verwesender Organismen, und ich bin für mein Theil sehr überzeugt, dass unter ihren kleinen ephemeren Gattungen täglich neue geschaffen werden, die lange den Mycologen zu thun machen können. — Ist bei einigen von ihnen wirkliche Fortpflanzung erwiesen, so kann diese nur auf die einfachste Weise geschehen, nicht nur der langsamen Ausbreitung einer Gemme zum vollgebildeten Organismus, sondern vielleicht einer (vegetabilischen) zarten Kristallisation um einen Keim, der desshalb noch nicht Samen heissen kann, vergleichbar.

Cassini \*\*) brevissimo sermone Phalli incunabula paullo distinctius descripsit, quam Schaeffer.

Sprengel: \*\*\*) Saamen, die vor allem Zugang der Luft,

---

\*) Beytrag zur botanischen Systematik, die Existenz der Monocotyledoneen und der Polycotyledoneen betreffend. Zürich 1812.

\*\*) Bulletin á. sc. par la soc. philomat. 1817. p. 100.

\*\*\*) Curt Sprengel Anleitung zur Kenntniss der Gewächse, 1. p 216. Hiscum conferantur, quae de re eadem in Biologia narrat Treviranus.

vor aller Einwirkung des Sonnenlichts in mittlerer Temperatur aufbewahrt werden, behalten ihre Keimfähigkeit zum Erstauen lange. Gartenfelder, die seit langen Jahrhunderten nicht bis auf eine gewisse Tiefe gegraben worden, zeigen nach dem Rigolen eine grosse Menge solcher Pflanzen, die sonst seit Menschengedenken nie dort gestanden haben. Nach dem Austrocknen der Teiche bemerkt man ebenfalls solche Pflanzen oft im Ueberfluss, die weit und breit nicht vorkommen. Die Samen einer früheren Vegetation sind ganze Menschenalter hindurch auf dem Boden der Teiche erhalten worden. Brodkorn, welches in Kriegszeiten in Kellern und tief in die Erde vergraben worden, keimte noch nach einem Jahrhundert.

1818. Persoon \*) in novissimo suo opere censet » du tissu de filets deliés et entrelacés, que tous les anciens botanistes et plusieurs modernes ont pris pour la racine des champignons «; quae sequuntur: » mais l'origine et la nature de cette partie basilaire n'est pas encore bien connue.« — \*\*) D'ailleurs il y en a un grand nombre, notamment de petites espèces parasites, où ces filets blancs ne se trouvent point, du moins sous cette forme; car on les voit se propager dans l'intérieur des bois, sur des feuilles souvent encore vertes et dans des vases fermés, ou les semences de ces champignons ne peuvent pas entrer.» — «\*\*\*) On peut donc vraisemblablement soutenir avec Gaertner, que les champignons sont des plantes aphrodites, ou agames, qui dans le cas ordinaire ne se propagent pas seulement par des gemmes, comme veut cet illustre auteur, mais aussi par des

---

\*) *Traité sur les champignons comestibles.* Paris 1818. p. 21.

\*\*) *Ibid.* pag. 16.

\*\*\*) *Ibid.* p. 20.

sporules: d'autres doivent peut-être aussi leur origine à une generatio aequivoca.

Achille Richard, notissimi Richardi filius, nu-1819. perrime de eisdem rebus verba fecit, eaque, Hercle, gravissima. Subtilissime descripsit sporularum germinationem eamque talem in universitate literaria Parisiensi docere solet. Sequentibus suis rem ipse narret verbis:\*) *Un corpuscule réproductif d'une fougère, d'un champignon etc., placé sur la terre, s'y développera. Mais ce ne seront point, comme dans l'Embryon d'une plante phanérogame, des parties déjà formées, seulement réduites en quelque sorte à leur état rudimentaire, qui acquièrent successivement un plus grand développement; ce seront au contraire des parties entièrement nouvelles, qui seront produites. Ce ne sera point un accroissement d'organes déjà existans, mais le tissu même de la sporule ou corpuscule reproductif, s'allongeant d'une côté pour s'enfoncer dans la terre et former une racine, formera de l'autre côté un tige en s'allongeant en sens inverse. Dans quelque position qu'une sporule soit placée, ce sera constamment le point en contact avec la terre, qui s'allongera pour former la racine, et le point opposé deviendra la tige. Haec postquam legeram, saepe iteravi meas qualescunque observationes, neque, etiamsi κατηγορικῶς locutus sit ille βοτανικὸς vir, meam derelinquere potui sententiam. Tertius iudex intercedat.*

Novissime de eadem re Sprengel\*\*) egit, Maerkli-1820. num exponens. Maerklin, non solum omnes Algas, Fungos et Lichenes, verum etiam Charam pulchellam Wallr. et Orobancham ramosam aequivoca gene-

\*) *Nouvelles élémens de Botanique, cet.* Parisiis 1819.

\*\*) *Neue Entdeckungen, cet. I.*

ratione accrescere, partim expertus est, partim suspicatur, idemque, teste Sprengelo, multis operosisque experimentis, cum fossarum limo institutis, sibi addidit. Jam etsi Vir literatissimus Sprengel nequaquam probet illas omnes Maerklini sententias, ipse tamen haec addidit: *Selbst vollkommne Schwämme scheinen trotz dem, was man für ihre Erzeugung aus Saamen gesagt hat, nur aus organisirbarem Schleime erzeugt zu werden. Man hat in Treibhäusern täglich Gelegenheit, die Erzeugung der Bauchpilze und der unvollkommnern Schwämme aus der Lohe zu beobachten.*

Sic ad Nicandrum, a quo incepimus, reversi sumus.

Haec fere acta sunt de hac re. Equidem satius esse duxi, Micheliiana vestigia premere et Hedwigi inchoatum opus suscipere, quam Virgilianum decantare modum de fungis, quem ille de apibus composuit:

Sed si quem proles subito defecerit omnis,  
 Nec genus unde novae stirpis revocetur habebit:  
 Tempus, et Arcadii memoranda inventa magistri  
 Pandere, quoque modo caesis jam saepe juvenicis  
 Insincerus apes tulerit cruor; —

et Aristotelem laudare, qui scripsit: *γίνονται γὰρ αἱ καλου-  
 μέναι ψυχαὶ ἐκ τῶν κάρπων, αἱ δὲ γίνονται ἐκ τῶν φύλλων τῶν χλωρῶν  
 καὶ μάλιστα ἐπὶ τῆς ῥαφάνου, ἣν καλοῦσιν τινες κράμβην.*



## OBSERVATIONES.

## I.

Oideum fructigenum Schmidt.

Tab. X. Fig. 1—5.

Cell. Persoon hanc plantulam, a Schmidtio, M. D., \*) mihi amicissimo Viro, denominatam, in litteris, ad me datis \*\*), pro eodem fungo habet, quem ipse sub titulo Torulae fructigenae descriperit; sed haec speciminis expertus adnotavit. Cum mihi Cell. Persooni Torulae fructigenae specimina desint, rem dijudicare nequeo. Plantula vero, de qua sermonem in eo, exacte convenit cum specimenibus, ab Am. Schmidt olim mecum communicatis. \*\*\*)

Oideum fructigenum nascitur in piris, malis, prunis, quocunque modo cultura immutaverit illa, putridis. Laetissima seges prodire solet ex iis pomis, quae, praematura putredine correpta, aut ab arbore pendent aut delapsa jacent.

XX<sup>mo</sup> mane mensis Augusti sevi hujus fungilli sporidia in piro putrido dissecto tali, quod jam similes plantulas, sibi impositas, ostendebat. Putavi nimirum, si qua ex seminulis germina prodire possent, id facilius accidere debere in solo aliquo, ad plantas illas enutriendas luculenter disposito, et experientia me docuerat, non in omni corpore putrido omnes

\*) *Mycologische Hefte v. Schmidt und Kunze. 1. p. 80.*

\*\*) Scripsit enim: *Schicken Sie mir das Oideum fructigenum, welches wahrscheinlich meine Torula fructigena ist.*

\*\*\*) Cum maximam hujus fungilli copiam, partim serendo, partim colligendo, mihi comparavissem, absolutis observationibus dedi illam Am. Dr. Kunze, inter siccos Germaniae fungos divulgandam.

fungos pullulare. *Ἐγχειρήσων* adhibui sequentem. Dissecui pirum, depromsi cultri tenuis apice humido, fungillorum caespitibus leviter appresso, sporidiorum conspicuam copiam eandemque in aliqua piri putridi parte interna deposui. Sic acervulos sporidiorum plures, alium juxta alium collocavi, conspicuos omnes. Pirum illic reposui, unde abstuleram; positum verum erat in gramine alto, omnis diei mane rorido, neque a sole tangi poterat. Postero die hora matutina octava inquisivi in granula heri desita. Vel nudis oculis vidi omnes acervulos sericeo nitore ornatos, quin imo nonnullos subhirsutos. Concludi, jamjam prodiisse germina. Statim cultelli apice unius acervuli tenuem particulam sustuli eamque in aquae guttula, vitro plano imposita, duorum cultellorum acutissimorum ope discerpsi, discerptam vero sub microscopio, quod compositum vocamus, collocavi. Tum vidi sporidiorum germina, circiter centies ad diametrum aucta, tam distincta, ut eadem facile quivis cernere debeat, qui secundum meam methodum in illas inquisiverit.

Sic satis de primis *ἔγχειρήσεσιν*. Observationum mearum summam brevi sermone comprehendam. Hic et in sequentibus observationibus microscopii ope augmento usus sum, parum ultra centuplex excedente.

Sporidia desita post aliquot horas visa sunt tumida, ita ut, quae in statu sicciore singula aequaverant 2160<sup>imam</sup> partem pollicis parisiensis, postquam intumuerant, ejusdem mensurae longitudinalis pars essent 1920<sup>ima</sup>. Hos fines excedere intumescentiam sporidiorum non vidi. Ratio status sicci et status turgidi, quod ad volumen, est igitur, qualis numerorum  $2160 : 1920 = 9 : 8$ ; sive: augentur Oidei

fructigeni sporidia, quando germinationem ineunt, voluminis sui parte nona.

Ubi intumuerant sporidia, et novem fere horas in loco, ad germinationem apto, requieverant, vidi in aliqua non certa eorum parte verruculam, aut in singulis singulam, aut in singulis duplicem. Omnia erant pellucida. Verruca sporidii, sive germen, in nonnullis aut recta aut curva directione producta erat, et ubi bina germina apparuerant, haec aut parallelam eandem aut parallelam contrariam, saepius curvam directionem inierant. Hinc saepissime retortam, quam vocant chymici, aemulabantur.

Germina eadem epidermide frui visa sunt, qua sporidia. In prima enim germinatione aliqua sporidiorum particula dilatata, neque epidermis rupta, sed haec in ipsius germinis usum traducta, conspiciebatur. Germina sporidiis ipsis semper angustiora vidi, nunquam sporidia toto ambitu suo dilatari aut produci observavi. Sporidiis germina pellucidiora semper expertus sum.

Aetate provectora germina crassitie aequaverant sporidia sua, filumque pellucidum, teres, continuum referebant. Post viginti quatuor horas, citius serius, fila illa ramulos agere incipiebant, et, quae serpserant ab initio, sese erigere parabant. Tum etiam in fibris intimis septa conspici coeperunt, sive lineolae transversariae, obscuriores, tenuissimae. Ab initio septa plane deerant, neque in germinibus primariis, neque in secundariis, si ramulos ita appellare fas est, etsi longissimis, vestigia eorum deprehendi. Quando septa apparuerunt, maturescere incepere plantulae, neque ultra crescere visae sunt. Mox enim torosae et fere fragiles fieri solebant, septa numero celeriter augebantur notabantque

futurorum sporidiorum terminos. Denique illos omnes locos, quos septis notatos videram, constrictos inveni, fibrisque for nam moniliformem afferentes. Sic, quae fibrae fuerant, factae sunt sporidiorum catenae. Sporidia delabi solent, de novo fibras partura. Haec de singulis fibris.

Quod caespites formare soleat *Oideum fructigenum*, sane affirmari debet, sed viri, quibus specierum justa definitio cordi est, hasce perpendant observationes.

*Oidei fructigeni* caespites ex natura fungilli derivari nequeunt. Sporidia, in pomorum segmentis a me posita, multitudine sua sane segetes densas efficiebant, eaeque ramis inter se complexae, silvulas formabant, sed caespitum formam quam maxime abhorrebant. Neque vero soli caespites in hoc fungillo singulare aliquid prae se ferunt, sed fere memorabilior videri posset aliqua grata caespitum concentrica dispositio. Utramque rem explicare studebo.

Si qua pomum putrescere incipit, fieri hoc solet ab uno puncto, saepissime ob laesionem aliquam, ibi passam. Illa unius puncti putredo orbiculatim latius serpit. Quo intensius procedit, eo magis fermentationem subeunt et acescunt illic pomi humores. Jam notissimo eventu a quavis fermentatione gasa subito expediuntur. Gasorum illorum efficacitati forte tribui potest, quod circa primarium putredinis punctum in quovis pomo epidermis aut dilacerata reperitur aut certe mille foraminulis sit pertusa. Jam ex aliquo concentrico ordine, secundum procedentem putredinem, e foraminulis illis emergunt guttulae dulciduli humoris. Hosce fonticulos adire per multa diversissima animalcula saepe vidi. Papiliones *Vanesam Antiopam* et *V. Atalantam*, nec non *V. C album*, cum *Vespa vulgari* saepe de piri alicujus, nectar sudantis,

possessione bella gerentes observavi. Eosdem fonticulos petere vidi Poduras et Sminthuros aliaque permulta animalcula, quae inde nutrimentum et oblectamentum capere videbantur. Jam experientia edoctus, et animalia et aërem disportare fungorum seminula, non admodum mirabar, si qua piris putridis illis, etiamsi ex arbore pendulis, innasci incipiebant fungilli. In epidermide vero sicca Oideum progerminare nequit ideoque necesse visum est, ut in foraminula supra descripta ex aliqua lege sporidia deferrentur. Hanc legem puto insectorum pedibus pilisque minutissima semina disportanda dedisse et, dum aquentur, in foramina illa, dulci humore repleta, immittenda.

Sic sata sporidia germinationem laetissimam ineunt; mox enim totum foramen occupatur a fungillis, indies numero crescentibus. Extra foramina ab initio ob nutrimenti defectum proserpere nequeunt, inde caespites formare coguntur, quorum habitum in quavis libera sede respuunt. A putredine vero, per orbis progrediente, efficitur, ut circuli existant, alii, in quibus epidermis adhuc sit integra, eique novissimi, — alii, in quibus foraminula conspiciantur humida, — tertii denique, centro proximi, in quibus humor ille jam disparuerit et quae, sive ex hac causa sive ex alia, ad fungillorum germinationem apta esse desiverunt. Medios illos foraminum circulos occupare solet Oideum fructigenum eisque debet habitum suum omnem. Interdum germina sub cortice latius serpunt eumque hic illic fasciculatim penetrant.

Ab Oideo aureo Linkii

haec species differt:

Rhizopodio surgente, primum hyalino, demum maximam partem in sporidia silacea majuscula dilabente.

Habitus pro loco natali. laxus aut densus, effusus aut fasciculatus, vagus aut concentricus.

Cur *Oideum laxum* Sylv. mycol. Berol. ab *Oideo fructigeno* segregabam, causa nunc evanuit.

De generis hujus servandi necessitate alibi loquar.

## II.

*Rhizopus nigricans* nov. gen.

Syn. *Mucor stolonifer* Ehrenbg. Sylv. Mycol.

Tab. XI. Fig. 1—7.

*Rhizopus nigricans* a me observatus est praecipue in pane humido acescente, rarius sponte, quod vocant, crevit in Corni masculae drupis aut in Mori albae calyce baccato, post maturitatem putrescentibus. In malo eum propagare semel contigit. Adultus stolonum ope in quovis corpore humido vegetare potest.

Sporidia globosa nigra sevi secundum methodum, sub *Oideo* jam commemoratam. Pro mali putridi segmentis panis secalini frustula adhibui. Hoc egi die XXIX<sup>no</sup> Mensis Augusti MDCCCCXIX. hora vespertina sexta. Corpora humefacta consita vasis vitreis inclusi singula, quorum ostia charta obvelabantur. Sic posita sunt in conclavi humido. Postero die germina deprehendi, cum sporidiis retortarum formam aemulancia, neque vero mane haec vidi, sed hora quarta demum post meridiem. Hic etiam, uti apud *Oidei* sporidia, germinationis initium fiebat a verruca, ex aliqua spo-

ridii parte emergente. Interdum et hic bina germina vidi. Tertio die mane sporidiorum locum Byssus occupaverat, ex iisdem oriundus. Constat ille fibris pellucidis sparsim ramosis nullo septo interclusis, aliis serpentibus, aliis erectis. Ex fibris nonnullis, quae adpressae serpebant, exierant hic illic pedicelli fasciculati, candida pellucidave capitula globosa (fructus) ferentes. Quarto et quinto die fibrae, praecipue illae sursum directae, augmenta laetissima ceperant et plus minus tota vascula replebant, laxa textura, colore niveo insignes. Singula fila in monilium formam multa guttulis aqueis onusta erant, plurima vero fructuum fasciculos sparsos gestabant. Dum vitra aperiēbam, sensi aliquem fortem odorem, qui mucido pani proprius est.

Praeprimis curiosus de fructuum prima evolutione, per multis vicibus in hunc finem fibrillas, cultello tenui caute sublatas, sub microscopio contemplatus sum, neque prospero destituebar successu. Sporidia nempe se filorum instar extenderant ramosque sibi similes raros egerant. In fibrarum singularum juvenilium aliqua media parte, vel hic illic in apicibus earum, amplificatio parva, seu tumor exiguus, conspiciēbatur. Inde emergebant verrucae tres, quatuor ad septem, quae mox cylindricae evadēbant ramorumque brevium speciem prae se ferebant. Hi ramuli subverticillati, mox apice dilatati, in clavulas, demum apice in capitula globosa abierunt. Postquam pedicelli capituligeri recto fere angulo e basalibus fibris emerant, mox ex opposita ejusdem loci genitoris parte deorsum radicae ramosissimae tres ad quinque prodierunt.

Perspecta hac capitulorum evolutione, sporidiorum for-

matio mihi curae fuit. Quid profecerim, ex sequentibus patebit.

Multorum fungorum sporidia visui ostendunt internum sive turbidulum aliquem humorem, sive corpuscula distinctiora subsolida minima, liquori alicui interno limpido innantia. Jam etiamsi Mucoris nostri sporidia pellucidissima reperiantur, eo tamen, quod in fibrarum statu proveciori tubulis inclusus aliquis turbidus humor distinctus cernitur, nec non ex aliorum sporidiorum analogia concludere fas est, confici sporidia ejus ex cuti pellucida et ex interno pellucidissimo humore. — Involucrum illius pellucidi laticis, sive sit sporidii cuticula sive sit fibrae tubulus, duplici munere fungi videtur, altero, quo se ipsam nutriat, altero, quo secernat liquorem internum.

Ubi germina in longitudinem aliquam, non definitam, accreverunt, eoque humoris, a tubulis continuis inclusi, copia aliquatenus aucta est, tunc limpidissimus ille sporidiorum fibrarumque primariarum succus in se ipso et ex se vi aliqua vitali sua flocculos, sive granula, format, quae ipsum turbidum reddunt et quamvis minima, si sat aucta fuerint, distincte conspiciuntur. Hanc illius humoris mutationem mihi contemplanti, mente observabatur lactis et sanguinis formatio, in animalibus obvia. Verum de hac re, quam aliquot non paucis experimentis lucidiorem mihi reddere studui, forsitan mox alibi verba faciam; hic in observationis enarratione requiescendum est.

Ubi fibrae in aliquo sui corporis loco fructus edere parant, illic imprimis cernitur aliqua solidiorum corpusculorum fabrica, neque tamen jam tum eum opacitatis gradum attingerunt illa, quem serius sibi vindicant. — Cum primum



fructus formari incipit clavulaeque apparent globosa pedicellata capitula futurae, tum aliquis interni humoris turgor deprehenditur et stimulus aliquis, fructus juvenilis clavam ampliandi et in globi formam dilatandi. Incertum relinquo, sitne externus fungilli cortex, qui proprio impetu se in globum expandat succumque internum sugendo secum trahat, an interni humoris vitalis turgor, qui, ad aliquem finem tendens, distrahat corticem sibique justam officinam paret, an denique paribus viribus ambae partes illud opus moliantur? Si qua de dubiis rebus sententiam habere non nefas est, placet mihi, humoris turgorem corticis stimulo hic potioem habere. Didici enim ex accurata humorum, in animalibus vivis aequae ac plantis facta, observatione, esse in illis aliquam magnam vitam, et profecto in hoc ipso *Mucore* tum etiam, quando capitulum perfectum exstat, humoris illius vita pulcherrime intelligitur. Non enim solummodo capitulum, pro amplificatione sua humoris majori copia sensim repletur, id quod sugendo a pariete perfici sane posset, sed, etiamsi repletum, in se colligit flocculos omnes (sic nominaverim subopaca illa corpuscula, in *Mucorum* humore interno natantia, - demum in sporidia concrenentia) vitali motu; quod corticis suctu continuari aperte nequiret. Quod in superum humorem flocculi ex aliqua levitate sua deferantur, contendi nequit, quoniam illi saepissime et in inversa capitula transeuntes conspiciuntur.

Flocculi, ab initio hyalini, in capitulum collecti, candidum colorem suscipiunt, suaeque copia capitulum ipsum plane opacum reddunt. Sic praeparatis conditionibus, in capitulis sporidia formantur.

Quaqua cum cura in hunc sporidiorum formationis actum

inquisiverim, vascula, quorum ope sporidia conflentur, vasculis similia, ad plantarum phaenogamarum semina construenda paratis, nulla vidi, sed luculenter intellexi, cuticulas sporidiorum, sive ipsa sporidia, ex humore, flocculis repleto, ceu phaenogamarum embryones sensim concrescere. Nam compressa capitula immatura aut merum flocculis repletum humorem, aut praeter illum et in eo ipso sporidia pellucida, rara, globosa ostendunt. Tale capitulum figura nostra quinta exhibet. Etiamsi haec ita saepe inveni, non diduciverim tamen, sintne vere interdum nonnulla tantum sporidia in capitulis illis maturescentibus perfecta, reliqua rudis adhuc massa; an potius omnia, quae sint ab initio rudis massa (flocculi), ab aliquo evolutionis suae momento simul sensim concrescant, compressa vero, pars rumpantur seseque oculis subducant, pars integra maneant?

Matura sporidia nigricant et per aliquod tempus capitulo suo inclusa remanent, donec exsiccaverit illud eoque ipso rima apicali lacera aperiatur. Ad sporidia propellenda multum facit humoris et siccitatis capitulorum vicissitudo, quae ab aëris varia conditione pendet. Impetu quodam propelli sporidia neque in hac forma, neque in ullo Mucore observavi. E claustris suis egressa, magna pars capitulis fibrisque adglutinari solent, id quod a fibrarum viscido humore sustineri videtur.

Capitula, emissis sporidiis vacua, collabuntur vario modo et interdum campanulata cernuntur. Idem observavi apud omnes Mucores, et fugacissimos, ideoque cur Ascophorae etiamnunc a Mucoribus sejungantur, causa non amplius liquet.

Rhizopus noster a Mucoribus genere differt ob apertas radices (novam partem) et fructus fasciculatos.

M u c o r :

Rhizopodia simplicia aut ramosa, singula cystes globosas sporigeras in pedicellis sparsis gerentia.

R h i z o p u s :

Rhizopodia ramosa, singula cystes globosas sporigeras in pedicellis fasciculatis gerentia; fasciculi singuli basi radican-  

---

### III.

E r y s i b e o r b i c u l a r i s n. sp.

Syn. Alphitomorpha guttata  $\beta$  Fagi Wallroth \*).

Tab. XII. Fig. 1—5.  

---

Nascitur autumnno in foliorum Fagi sylvaticae pagina inferiore. Hanc plantulam serendo equidem non propagavi, verum ex accuratiore aliqua ejus observatione notitias lucratus sum, quas pro symbolis ad perfectiorem ejus cognitionem habere me posse putavi.

In plantulis, huic similibus, nuperrime multum subtilis operae deposuit literatus Dr. Wallroth, vir de bona nota botanicis jam diu cognitus. Quae Wallrothii cognitioni se subduxerant, in appendice ad ingeniosam commentationem illam addidit Amicissimus Dr. de Schlechtendal. Non possum, quin profitear, me valde gavisum esse de cu-  

---

\*) *Verhandlungen der berl. naturf. Gesellschaft.* 1819, I.

rata illa in fungillos inquirendi ratione, neque ullo modo velim, ut opprobrio sit illis viris, quod post eos aliqua notatu digna afferantur.

Initium expositionis meae faciam a subiculo plantae, de seminibus postea loquar. In Fagi foliis marcescentibus conspiciuntur autumnii tempestate humida fibrae tenuissimae, quae mox in teneros orbiculos filamentosos, candicantes ampliantur. Singulas interdum quidem, sed rarissime, deprehendi, saepius complexae plures erant. Hae fibrae primordiales, ramosae, pellucidae, hic illic tanquam ramis mutilatis sive brevibus appendicibus instructae erant. Reliquam earum evolutionem in universum optime descripsit Meritiss. Dr. Wallroth. Id tantum addere placet, quod in hac specie subiculum illud sensim densissime concresecat et distinctos orbis efformet, colore laete albo aut pallescente insignes. Quo densius hoc subiculum evadit a nutrimentorum larga copia, eo candidius nitere solet, verum etiam eo sterilius invenitur. Qui orbis laete frugiferi sunt, a tenuiori subiculo conficiuntur, eandemque ob causam candore secundi sunt. Cum mihi animus esset, in fructuum talium prima incunabula inquirendi, haec ipsa species eam ob causam in hunc usum maxime idonea videbatur, quoniam a laevibus Fagi foliis facilius tomenti particulas detrahi posse integras, sperare poteram.

Jam quaesivi in aliquo frugifero *Erysibes* orbe juniores fructus, colore flavo insignes, fore sperans, ut in eorum vici itate alii laterent, recentissime orti. Resecavi tomenti talem particulam, duplici incisione facta, in angulo recto se decussante. Tunc cultri subtilis apice inde ex angulo elevare studui tomentum. Quod cum contigisset, elevatam particu-

lam subtili forcipe prehendi, ibique ordiens, detraxi pelliculae instar aliquam tomenti parvam partem. Haec operatio non semper quidem cum prospero successu peragebatur, sed quater aut quinquies in variis locis repetita, bene cessit, Pelliculam illam, sic detractam, sub microscopio composito, fortiter augente, in aquae guttulam, vitro plano impositam, collocavi, fore sperans, ut aliquem fructum neonatum conspicerem; neque spes me fefellit. Vidi enim fila ramosa, laxius densius intricata, hic illic appendiculata, sicuti ab initio retuli. In illa filorum textura, modo distinctius, ubi laxior erat, modo obscurius, ubi densior evaserat, vidi puncta, in quibus fibrarum aliqua consociatio communem nucleum ediderat. Ex repetitis observationibus mihi persuasi, puncta illa, nunc minora, nunc ampliora globique formam adspirantia, esse prima fructuum indicia. In contemplatione particulae, quam fig. 2<sup>a</sup> fida icone delineavi, socium habui, imprimis mihi carum, Hemprichium, doctiss. vir., cujus indefessa doctaque studia, historiae naturali dicata, hunc gravem esse testem, mox indicabunt. Sitne fibrarum ille congressus spontaneus et eo tanquam consilio, sive instinctu, ut fructus efformetur, an sit fortuitus, omnisque ideo fructuum formatio a casu pendeat, id enucleare non valui. Nunquam fructum vidi orientem sine fibrarum multarum tali consociatione. Wallrothianae observationes in hac re me deseruerunt. Illic enim legitur: *Während sich diese innig verwebte Unterlage bildet und dem Grade der Vollkommenheit näher tritt, entstehen auf den sich durchkreuzenden Fäden ungemein kleine kugelförmige weisse durchsichtige Punkte, die durch Hülfe einer guten doppelten Linse schon erkannt werden können und unter dem zusammengesetzten*

*Microscop als blasenförmige Erhabenheiten, die bey einigen corallenförmig zerstreut, oder dichtstehend angereiht sind, erscheinen. Nach dem Entstehen der Unterlage, etwa einen Monat später, verändern jene weissen Kügelchen ihre Farbe in eine mehr oder weniger citrongelbe, cet. Ex hisce allatis verbis apparet, auctorem prima fructuum incunabula non observasse. Orientia enim prima punctula jam vitro simplici conspici plane nequeunt. Vesiculae illae sparsae aut moniliformes confertae, quas ope microscopii compositi detexit, et mihi saepissime visae sunt, quando subiculi particulam, in aqua jacentem, contemplabar, sed a me habitae sunt pro vesiculis aëreis, quae talibus fibris plurimae adhaerere solent, et per motum aliquem, fibras irritantem, e loco suo, aegre quidem, dimoventur. Si vero extra aquam recentem contemplatus sit auctor fungillum, forsitan aquae guttulae, fibris ex more suo adhaerentes, eum fefellerunt.*

Sed transeam ad interruptam fungilli descriptionem. Orto ex fibrarum diversarum complurium coitu (per verrucas vicissim protrusas?) communi partu, hic in globulum hyalinum accrescit, in quem statim, veluti apud Mucos, liquor, in fibris contentus, transire videtur. Hoc quidem conspici nequit, verum ab insequente effectu facile sumitur, cum crescat globulus, neque habeat aliam sese nutriendi rationem. In globulis seu sporangiis illis juvenilibus mox flocculi existunt veluti apud Mucos. Dein capitula, opaca facta, indies magis flavum colorem induunt. Compressi flavi globuli massam edunt pultiformem (flocculos condensatos) interdum cum ascorum vestigiis. Sensim fuscescunt statumque maturum assequuntur. Seniles nigricant. Matura sporangia, duobus vitris planis compressa, ostendunt superficiem suam rimis tessella-

tam, quod casu fieri, verum etiam ab aliqua structura eorum pendere potest. Etiam si curiosus, hanc rem extricare nequivi.

Cum primum fuscescere inceperunt, ex eorum ambitu basali verrucae emergunt copiosae, primo obtusae, mox coniformes, quae Doctiss. Wallrothio bene innotuerunt. Inde prodeunt demum in hac specie fibrae rectae, radios referentes, germinibus rigidiores et crassiores, (capillitium Wallrothio vocantur.) Verrucae, ex quibus prodierunt illae, non evanescent, sed permanent capillitiique basin bulbosam reddunt. Radium bulbi basales in hac specie globosi sunt. Ipsis radiis, sive capillitio, fructus maturiores pro fulcris utuntur, quorum ope sese erigant et a subiculo liberent. Anne fructus et radii sunt samararum analogi, an radicis munere capillitium fungitur? Etiam si serius accedant illi appendices, ex loco tamen, cui affixi sunt, eorumque in aliis speciebus forma ramosa, interdum quidem valde singulari, placeret, eos ad radices amandare. Quod in aliis Alphitomorpharum speciebus desunt illae radices, et quanti hoc faciam, in fine exponam.

Jam restat, ut de semine agam. Quando fuscum colorem induunt receptacula seu sporangia, tum intus exculti reperiuntur loculi compositi, liberi, in hac specie plures, raro ultra viginti, quos sporangiola vocarunt Doctiss. viri Wallroth et de Schlechtendal. Haec piri formam aemulantia corpora parte acuta sporangii fundo insident, caeterum recta posita esse videbantur. Interdum acuta loculorum pars longius producta est, quod vasis nutritii alicujus praesentiam innuere videtur. Ut appareant illa sporangiola, opus est compressione sporangiorum, inter duo vitra facienda, donec rumpantur. Sporangiolis proxime inesse dicuntur sporidia;

id quod meis observationibus non probatur, neque quod ad hanc speciem, neque quod ad alias horum generum quasvis. Doctiss. Wallroth dicit: *Das bewaffnete Auge unterscheidet an demselben (sporangium) ein äusseres und ein inneres Gehäuse (peridium): das äussere und nach dem verschiedenen Alter verschiedenartig gefärbte ist von einer fleischigen und rindenartigen Substanz, auf seiner Oberfläche gewöhnlich etwas rauh, oft ganz glatt, glänzend, und umschliesst dicht das innere. Dieses innere, ungemein zarte, wasserhelle, nach Art einer Blase allenthalben geschlossene Gehäuse, womit die innere Wand der äussern Rindensubstanz überzogen ist, scheint ein zusammenhängender hautartiger Kern zu seyn und umfasst eine Menge in einer gelatinösen Flüssigkeit schwimmender durchsichtiger mehr oder weniger kugel- oder eyförmiger saamenähnlicher Körperchen (sporaе, sporidia), die bey De Candolle bald les péricarpes bald capsulae genannt und spitz und zweysaamig beschrieben werden.* Hactenus Wallroth. Haec emendavit amicus de Schlechtendal sequentibus: *Wenn man es jedoch (das Sporangium) zwischen 2 Glasplatten gelind drückt, so reisst es gewöhnlich auf einer Seite, seltener an mehreren Stellen zugleich, ein, drückt man etwas stärker, so geht der Riss tiefer und das Innen-Enthaltene dringt hervor; diess ist nun entweder 1) ein einziger, meist ovaler, zuweilen etwas birnförmiger, wasserheller Saft, welcher meist 8 Sporaе enthält (doch sind ihrer zuweilen nur 6 oder auch ein Paar mehr als 8). Diese Sporen sind darin verschieden gelagert, bald auf einen Haufen zusammengedrängt, bald zerstreut. Oder 2) es quellen beym Zerdrücken eine Menge kleiner, ovaler oder birnförmiger sporangiola heraus, — meist etwas hellbräunlich, — zuweilen wasserhell, in welchen —*



sporae liegen, meist 4 an Zahl, doch ist ihre Anzahl gewöhnlich nicht genau zu bestimmen. In beyden Fällen sind die sporangiola mit einer gallertartigen Masse gefüllt, drückt man daher sehr stark, so werden die sporangiola — zerdrückt und man sieht dann nur Sporen, die in einer gallertartigen mehr oder weniger gefärbten Masse schwimmen. Die Sporae sind meist rundlich oder etwas länglich und gewöhnlich wasserhell.

Equidem vidi cum Amiciss. de Schlechtendalo in nonnullis horum generum speciebus sporangiolum unicum, in plurimis et in hac nostra specie sporangiola plura, hic piriformia, parte acuta infera. Hisce sporangiolis inclusa vidi in hac specie aut duo aut tria alia sporangiola ovato-oblonga. Sporangiorum sporangiolis, sive secundis sporangiolis, demum inesse comperi vera subglobosa sporidia. Hunc triplicem loculorum ordinem in omnibus speciebus observavi, quas novi equidem et quae sunt plurimae.

Cur de Candolle peccaverit, non liquet. Wallroth inquisivisse videtur imprimis in *Alphitomorpham macularem*, clandestinam, aut pannosam suam, nam reliquae species nihil habent, quod peridii alicujus interni visionem parare potuerit. De Schlechtendal, qui veritatem profundius elicuit, ab infausto casu in errorem deductus est. Adhibita enim forti aliqua compressione, ex iis corpusculis, quae sporas appellavit (sporangiola secunda), nonnulla simul disruptit, eademque, rupta, sparserunt cum aliqua gelatinae liberae particula sporidia sua gelatinosa flavicantia. Forsitan et disrupta fuerunt hic illic sporidia et gelatinae irregularis speciem prae se ferebant, in qua integra nonnulla secundi ordinis sporangiola superstitia conspiciebantur.

Qui comparavisset fibrae alicujus basalis (germinis) ambitum cum sporidiis auctorum, propter horum magnitudinem facile sibi persuasisset, non semina ipsa, sed capsulas seminum esse debere illa corpora.

Fructus apparatus internum equidem ita explicarem. In sporangiis, seu peritheciis, nidulantur asci, aut plures, aut singuli. In asco quovis, ubi plures sunt asci, contentae esse solent tres aut quatuor thecae; ubi singuli asci reperiuntur, intus habitant plures thecae. Thecis includuntur sporidia, numero varia.

In hac nova specie thecae discretae quidem intus conspiciuntur, compressione vero propelli nequeunt et ascis adnatae esse videntur. Semina, iis inclusa, compressis sporangiis facile proveniunt, eademque subpellucida flavicant. Peridiola eorum tenerrima facile rumpuntur eoque efficiunt, ut, quae sporidia sunt, pro irregulari aliqua gelatina habeantur.

Sponte sua egressa sporangiola, quae oculatissimus Wallroth observavit, in hac specie non vidi, neque in alia *Alphitomorphae guttatae* illius forma.

---

Erysibes nomen ob eam solam causam, quod illa vox apud Graecos aliam habuerit significationem, removeri non debet, quoniam haec nominum innovatio, ut cum Linneo loquar, nunquam cessaret, quin indies aptiora detegerentur in infinitum. Et me nuper novarum rerum male studiosus animus induxit, ut *Schizophylli* nomen aptiore *Scaphophori* nomine permutarem. Satis habeamus, rem innovasse; — nominum vitia sanari nequeunt, si possent, — nefas est. Etiam si vero *Alphitomorphae* nomen ab *Erysibis*

in universum repellendum est, servari tamen potest, ad formas nonnullas separandas, quae gravi aliqua nota ab Erysibis differunt, illas, dico, capillitii, sive radiculorum, expertes.

Erysibes characterem hunc propono:

Rhizopodia ramosa, conjugata. Perithecia communia sessilia, subglobosa, basi radican-  
tia. Asci ampli, aut in singulis peritheciis singuli, aut plures, circiter viginti. Thecae. Sporidia.

Er. orbicularis n. sp.

Rhizopodiis densis subsquarroso-ramosis niveis in orbes determinatos raro conflucos conjunctis, peritheciis magnis, radicibus rectis simplicibus rigidis basi bulbosis, thecis non prodeuntibus, sporidiis flavidis.

(Alphitomorpha:

Rhizopodia ramosa, conjugata. Perithecia communia sessilia, subglobosa, radicibus expertia.)?

Erysibae ad Sphaerias simplices collocandae sunt.

#### IV.

Erysibe biocellata n. sp.

Tab. XIII. Fig. 1-4.

#### Character specificus.

Er. Rhizopodiis raris sparsis, peritheciis parvis, radiculis brevibus simplicibus flexuosis, thecis sporidiis binis pellucidis biocellatis.

## D e s c r i p t i o.

*Cercidium* tenue, candidulum:

Rhizopodia rara, sparsa, nudo oculo aegre conspicua;  
Radiculae raras, non ramosae, breves, flexuosae,  
rhizopodiis parum crassiores.

Perithecia admodum parva, demum nigro-fusca, subglobosa, nitoris expertia, laevia.

Asci plures quam 8, ovales, pellucidi, thecas ut plurimum quatuor, raro tres, includentes.

Thecae biocellatae seu didymosporae, ovato-oblongae, praeter sporidia, singula versus singulos ipsarum apices posita, gelatinam flavicantem includentes.

Sporidia globosa, admodum pellucida.

## H a b i t a t :

Prope Berolinum autumnis.

## S t a t i o :

In foliis languidis caulibusque *Lycopodis europaei*.

## O b s e r v a t i o.

Etiam si haec plantula nihil faciat ad finem propositum, putavi tamen, iconem ejus ad illustrandam *Erysibarum* structuram non plane inutilem fore.

Proxime accedit ad *Er. lamprocarpum* Wallr.

## V.

*Clavaria canaliculata* n. sp.

Tab. XIV. Fig. 1—9.

---

In horto paterno inveni mense Septembre trunci sambucini putridi vestigia, in loco humido umbroso residua. In hujus media cavitate, terrae proxima, sponte, quod vocant, *Clavariae* nonnullae accreverant. Quas cum a loco natali suo avellerem, vidi magnam *Rhizomorpharum* apparatus, cum basi earum conjunctum. *Rhizomorpharum* candidarum illud opus ulterius prosequens per humum, quem funiculi ejus late pervagabantur, incidi in radices trunci putridas. Has pro centro illius telae habere statim adigebar. Illae enim totae quantae obductae erant corporibus istis, quae *Rhizomorphas* vocarunt auctores, et hic illic *Himantia* funicularis *Persoonis*, quam ex auctoris meritissimi specimenibus novi, se tanquam *Rhizomorpharum* illarum centrum ostendebat. *Rhizomorpham* unam, a radice tali profectam, persequabar per humum usque ad *Clavariae* aliquod specimen, mediae huic singulae *Rhizomorphae* insidens. Sed haec hactenus. Nunc exponam, quid serendo assecutus sim.

In tali aliqua radice sambucina, quam ad enutrienda *Clavariae* rhizopodia aptissimam videram, et in locis, ab illis nondum occupatis, pluribus deposui sporidia, in adultae *Clavariae* axillis aggregata, minima, flava; radicem ipsam ex loco suo non movi. Hoc feci die X<sup>mo</sup> Mensis Septembris mane. Decimo quinto demum ejusdem mensis die mane sporidia germina egerant. Quod hoc serius, quam in *Oideo* et

Rhizopode, factum est, causa fuisse videtur tempestas aridior. Germina minima, ex minimis sporidiis profecta, illis simillima erant, quae Berolini in *Penicillio* glauco observaveram et, magnitudine excepta, bene conveniebant cum *Oidei* germinibus. Nonnulla sporidia hic etiam duplicia promoverant germina. Germina, quae longiora erant, unum duosve ramulos egerant. Cum per noctem sequentem pluvia intercessisset, postero die a sporidiis occupatum territorium nitore sericeo-albicante excelluit. Lente simplici fortiter auctum, illud territorium speciem eam exacte retulit, quam, ex alio experimento desumptam, fig. 5<sup>ta</sup> depictam proponi. Tertio et quarto evolutionis die germina, ramis inter se complexa, latius serpsierant seseque, etiamsi diversa, in complures orbis communes tenues collegerant. Quinto die mane fibrarum aliquod studium in fasciculos niveos coeundi me afficiebat. Operam igitur dedi, ut fibrarum, ita coeuntium, naturam earumque studium penitus perspicerem. Avulsam cum omni cura particulam, a sordibus puram, in aquae guttula, vitro plano imposita, collocare studui, quam sub microscopio composito contemplerer. Post frustraneos nonnullos conatus unam alteramque particulam sic praeparavi, quae in aqua se pulchre expandebant. Unam curiose delineavi fig. 6<sup>ta</sup>. Ab evolutionis die 6<sup>to</sup> ad nonum usque, sive ad sationis diem decimum quartum, germina, sive cotyledones elongatae, formam acquisiverant, quam fig. 4<sup>ta</sup> conspiciendam reddidi, *Persoonis* *Himantias* exacte referentem. Utriusque figurae fasciculi constant ex fibris, sibi approximatis, turgidoribus et strictioribus, et tanquam instinctu quodam coadunatis, nulla intercedente cellula.

Ultra hunc terminum *Clavariam* serendo observare repe-

tita vice non contigit. Deficientes pluviae, aliaque impedimenta spes meas destruxerunt; mox etiam Berolinum regressus sum.

Quo segetes ire recusaverant, hos plantae status, dum illas observabam, jam dudum ex trunco radicibusque sambucinis putridis consecutus eram, ideoque Clavariae evolutionem ulteriorem, ex illis locis petitam, prosequar. Rhizomorphae, quas ex Clavariae seminibus educaveram, maxima copia conspiciebantur in radicibus, humo leviter obtectis, partim liberis, iique omnes Clavariae status, quos descripsi, illic etiam pulcherrimi reperiebantur. Ex Himantiis prodeuntes Rhizomorphas candidas, alias per plurium pedum spatium prosequi poteram, eaeque, cum obviae, quavis retis instar conjunctae erant. Quae crassiores erant, lineam dimidiam aequare solebant; neque hae, cum omni cura distractae et sub microscopio perlustratae, cellularum aliquem apparatus continebant.

Haec de germinibus. Jam verba facere lubet de fructus, et quidem in universo de receptaculi, prima conditione.

Aliquoties mihi obviam venerunt in illo sambucino trunco, quem Clavariae varia initia totum quantum occupaverant, juveniles Clavariae, eaeque triplici modo occurrerunt. Aliae quidem ex Rhizomorpha media pullulabant, aliae in fine Rhizomorphae alicujus effloruerant, tertiae denique sine Rhizomorpha in Byssos sedebant. Frequentiores fuerunt prius commemorati fructus edendi modus, — rarissimus ille tertius. Contraria fere expertus sum apud Agaricos. Singulos nunc strictius delibeabo.

Primum de fructibus, ex Rhizomorphis emergentibus. Si qua germinibus, seu cotyledonibus, larga nutrimenti copia est

et lucis neque defectus neque abundantia, tunc fiunt Rhizomorphae. Hi, nutrimento non destituti, cotyledonum fasciculi tam diu longe lateque repunt, donec lucem apertam nactae sunt. Quod ubi factum est, in aliquo communi loco cotyledones, (in Rhizomorpham) conjunctae, ad unam omnes fibras agunt ramosissimas, (turgore suo vitali) erectas. Jam sensim sensimque densioribus fibrarum ramis et instinctu ramulorum sese consociandi atque contingendi fit primum fructus vestigium; ita ut saepe ex diversissimis sporidiis germinibusque conjunctis communis fructus surgat. Cum idem accidat in fine, ac in media aliqua Rhizomorpha, non opus est, ut de terminali fructu separatim agam.

Quod ad fructus, sine cotyledonum fasciculis, Rhizomorphas mentientibus, orientes, haec est illis evolutio. Singula germina, ubi plura adsunt, — (quae solitaria vegetant, sine fructu perire, verisimile quidem est, sed extricare nequivi, anne et solitaria germina ramorum suorum apparatu — multo quidem serius, sed aliquando tamen — fructus ferre queant), — ramulis suis se amplectuntur, et consociata, unum corpus efficiunt. Nam si germina in aliquo luci aperto loco provenerunt, (ab hujus stimulo excitata) in fasciculos (Rhizomorphas) non coeunt, sed, abbreviato illo *ῥυμφικῶ* stadio, mox se ad nuptias accingunt. In hunc finem aut coeunt fibrae (germina, rhizopodia), aut ab ipsa fortuita condensatione sua excitantur, ut multae simul ramulos agant, fructum unum confecturos. Si quis locum figurae sextae, stellula notatum, fibris paullo densioribus instructum sibi cogitaret, is iconem haberet talis puncti nuptialis. Idem delineavimus in Erysibes nuptiis. Utrum fibrati ramuli exeant



e conjugalibus cotyledonibus, an verrucae, non liquet; sed prima fructus vestigia lanam tenuissimam referunt.

Tandem de fructus structura, quae vidi, proferam.

Progrediente ramulorum condensatione, mox carnosa aliqua compages oritur, quae ab initio villosa cernitur, mox autem glabra fieri solet. Eademque massa carnosa (juvenile receptaculum) in dentes ramosque dividitur, pro natura sua se evolventes. Verum non omnes ramuli, ex illo nuptiali loco pullulantes, in receptaculi orientis usum proxime convertuntur, sed alii liberi manent seque deorsum flectunt. Hos ego pro veris radicibus habendos esse censeo. Receptaculi neonati structura, methodo anatomica perlustrata, qua cum subtilitate segmenta parentur, nativam illam compagem non appertam quidem reddit, sed neque reprobatur. Fibrae enim, dum dissecantur, a cultro, vel acutissimo, comprimuntur et conteruntur, praeterea consulto dirumpuntur, inde derivandae sunt granulosae visiones.

Adultioris fungi structura distinctius intelligitur et optime convenit cum status primi observationibus. Factis enim subtilissimis e fructus ramorum substantia segmentis, totum fungi ambitum utriculis sporophoris, quos thecas vocare soliti sumus, stipatum deprehendimus. Ob sporidiorum subopacorum magnam et obfuscantem copiam exterioris marginis structura raro distincte cernitur. Delineavi bene perspecta specimina figuris 8<sup>va</sup> et 9<sup>na</sup>. Thecas illas, singulas sex ad decem sporidia ovata minuta includentes subclavatas oblongas, continuas esse fibris, in interiori Clavariae substantia se decussantibus densisque, aliquoties bene vidi, cellulas vero inter internam illam texturam nidulare, nunquam fuit, quo mihi persuaderem. Ubi vero sporidia deprehendebam, tanquam in interno

contextu posita, dissecando fungum, illa in hunc non suum locum detrusa fuisse, putavi. Segmenta longitudinalia segmentis transversariis respondere, in aliis Clavariis edidici. Hanc speciem vivam ad verticalem directionem dissecare malo casu neglexeram. Mihi, Clavarias contemplanti, visae sunt illae Mucorum cumulus, pedicellis suis longissimis contextorum, quorum capitula in thecas attenuata essent (cfr. figuram in tabula XIV et XV.). Thecas sporidiorum loco, antequam concreverunt illa, veluti hoc apud Mucos est, flocculos gerere, observavi.

Restat, ut de receptaculi adulti habitu externo pauca verba adjiciam. Receptaculum est substipitatum, ramosissimum, fuscescenti-flavum, carnosum. Rami, simul sumti, stipite sunt crassiores, graciles, dichotomi, raro trichotomi, basi angustiores, apice subdilatati, compressi, summi bicuspidati, raro furcati, interdum tridentati. Praeterea ramorum sulco medio eorumque faciebus alternantibus insignis est. Sporidia flava demum in axillis coacervantur ab iisdemque coloris flavi aliqua tinctura proficisci videtur.

Huic formae, quod sciam, nondum enumeratae, locus est prope Clavariam corniculatam auctorum.

Dignoscitur :

Receptaculo ramosissimo substipitato fuscescenti-flavo, ramis gracilibus subcompressis mediis canaliculatis faciebus alternantibus, apice bicuspidatis, sporidiis ovatis.

ICONUM EXPLICATIO.

Tab. X.

- Fig. 1. Oideum fructigenum Schmidtii in piro putrescente.  
2. Pars ejusdem, lente simplici vitrea fortiter aucta, cum epidermidis foraminulis, Sminthuro et Podura.  
3. Caespes fungilli solitarius, magis auctus.  
4. Fungus (Germen, Cotyledon elongata, Rhizopodium) solitarius, maturescens.  
5. Sporidia germinantia, centies aucta.

Tab. XI.

- Fig. 1. Rhizopus nigricans, baccae Mori insidens, utrumque in ligni frustulo.  
2. Ejusdem fungi fibrae nonnullae frugiferae, lente vitrea fortiter auctae. Fructus medii.  
3. Fibrae singulae parturientis centies aucta pars. Fructus terminalis.  
4. Fructus maturescentes et maturi cum radiculis, totidem aucti.  
5. Capitulum juvenile ruptum, ex quo massa flocculosa cum nonnullis sporidiis integris propulsa est.  
6. Sporidia germinantia, totidem aucta.  
7. Cannae indicae semen, dissectum, monocotyledoneum.  
8. Ejusdem seminis germen, plantulam et radículas parans, quocum conferatur figura tertia.  
a) Cotyledonem significat,  
b) plumulam,  
c) radículas,  
x) testam,  
y) albumen.  
9. Plantula evoluta, quacum conferatur figura quarta.

## T a b. X I I.

- Fig. 1. *Erysibe orbicularis* in folio *Fagi sylvaticae* senili.
2. Tomenti albi particula, paullulum plus quam centies aucta, fructifera, fructu juvenili;
  - \* ) fructus, e fibrarum consociatione prodiens, neonatus.
  3. Fructus aetate provector, in ambitu baseos verrucosus, totidem auctus.
  4. Fructus maturitati propior, verrucis in radículas promotis, totidem auctus.
  5. Fructus maturus, compressus, ruptus, ascos ejiens, thecas fixas continentes, sporidiorum habitacula.
  - \* ) *Erysibes guttatae* asci, thecas emittentes.

## T a b. X I I I.

- Fig. 1. *Erysibe biocellata* in folio *Lycopodis europaei* marcescente.
2. Fructus juvenilis cum fibris basalibus (*Rhizopodio*), centies auctus.
  3. Fructus maturus cum radículis.
  4. Fructus maturus, compressus, ruptus, ascos ejaculans, thecas saepe quatuor includentes. Thecae binis sporidiis biocellatae, massa flavicante confertae.
  - \* ) Asci compressi.

## T a b. X I V.


- Fig. 1. *Clavaria canaliculata* adulta cum *Cercidio* suo (matrice *Rhizomorpha*) et fibris radicalibus;
- \* ) ramus, parum auctus, qui canaliculos ostendat situmque brachiorum alternantem.
  2. Idem junior fungus, non auctus, cum *Cercidio* in ligno putrido.
  3. Fungus, primum emergens ex coitu fibrarum (*Rhizomorpha*).

Ex eadem figura fere patet, Rhizomorphas illas praeter contiguas fibras continere nullam rem;

- \* ) fibrae radicales;
  - † ) fibrae radicales.
4. (Genus Byssus et Himantia auctorum.) Rhizopodia juvenilia, virginalia, complexa, hic illic in Rhizomorphas abeuntia (sponsa), in ligno putrido, non aucta.
  5. Rhizopodia, illis juniora, in ligno putrido, fortiter aucta, rara.
  6. Rhizopodia juvenilia, centies aucta. Inde patet aliquis fibrarum instinctus se conjungendi et Rhizomorphas referendi;
    - \* ) locus, qualis saepe fructus edit, antequam Rhizomorphae formantur.
  7. Sporidia germinantia, plumulis radiculisque expertia, quas in figura quinta demum acquisiverunt, centies aucta.
  8. Sporidia, thecis inclusa; segmentum Clavariae transversarium, unde structura ejus mere filamentosa deprehenditur, — centies aucta.
  9. Segmentum longitudinale Clavariae abietinae Pers. Sporidia subglobosa, totidem aucta.

## Tab XV.

## F U N G I.





\*) An potius vere polycotyledoneum? Phaenogamis plantis (tantum non omnibus) desunt semina polyembryonea. — *Caesalpiniae* et *Oederæ* fructus typos elegi.

---

## E r r a t a.

Pag. 216, lin. 13, » sine« in sive mutandum est.








*Oideum fructigenum* Schmitt.

Dr. Ehrenberg fecit.

L. Sturm sc.










*Rhizopus nigricans* Ehrenberg.

Dr. Ehrenberg fecit.

J. Sturm sc.






*Erysibe orbicularis.*

*Dr. Ehrenberg fecit.*

*I. Sturm del.*






*Erysibe biocellata.*

*Dr. Ehrenberg fec.*

*I. S. Larm sc.*





*Clavaria canaliculata.*

Dr. Ehrenberg fecit.

J. Sturm sc.







*Fungus non est fructus seu  
prodigiosum fructus indicium*


*J. Chrenberg del.*

*C. Müller sc.*





L. Ehrenberg del.



*In uquo non est fructus sed  
prodigium fructus imbecium*

C. Müller sc.


THE  
HISTORY OF  
THE  
CITY OF  
NEW YORK  
FROM  
1609 TO  
1898  
BY  
JOHN B. HOGAN  
AND  
JAMES M. SMITH  
PUBLISHED BY  
THE  
CITY OF NEW YORK  
1898

CURTII SPRENGEL, Prof. Halensis, A. C. N. C. S.

F I L I C U M N O V A R U M  
M A N I P U L U S.

Cum tabulis II. aeneis.

5



Cum nuper in manus novissima incideret Swartzii lucubratio, descriptio nimirum filicum novarum, in Brasilia a Freyreisio lectarum. (*Nya arter af Ormbunkar. Stockh. Acad. handl. 1817. p. 53—80.*), praeter acerbitatem amici erepti, auxit moestitiam, quod, licet longissimum, quantum ad gloriam, aevum peregerit, medio tamen in spatio integrae aetatis ad superos est avocatus. Sed »feminis lugere honestum est, viris, meminisse.« Itaque memoria viri boni, imo optimi, candidi, scrutatoris rerum naturalium indefessi, nos ad virtutum ipsius contemplationem vocat, ut eum aemulatione potius, quam laudibus temporalibus, decoremus.

Hinc etiam consilium est, filicum exiguum numerum adumbrare, quas tum in India occidentali, tum in aliis regionibus lectas, amici, Balbisius, iam Lugdunensis, Torreyus, Noveboracensis, Shepherdius, praefectus horti Liverpoolensis, miserunt, quasque Willdenowio ipsique Swartzio ignotas fuisse, comperi. Sunt autem sequentes:

1. *Acrostichum cladorrhizans.* \*

A. stipite subpaleaceo, frontibus pinnatis apice radicantibus, pinnis alternis pinnaefidis, superioribus confluen-

tibus, laciniis oblongis obtusis serratis, fertilibus abbreviatis sinuato-pinnatifidis.

In insula Portorico. *Bertier.*

Stipes crassitie culmi secalini, teretiusculus, sulcatus, paleis sparsis obsitus. Frons sterilis brachialis, pinnata, apice attenuata, radicans. Pinnae alternae, lanceolatae, inferiores petiolatae, superiores confluentes, dodrantes longioresque, laete virides, pinnatifidae, apice acuminatae, serratae, utrinque glabrae. Lacinae oblongo-ovatae, obtusae, serratae. Frons fertilis spithamea, lanceolata, sinuato-pinnatifida: laciniis integerrimis obtusis, dorso undique capsulis refertis.

Acr. alienum Sw., proximum, differt: 1) stipite glabro; 2) fronde haud radicante, 3) pinnis oppositis, 4) fronde fertili pinnata, pinnis subdentatis. — Cf. *Plum. fougères de l'Amér.* t. 10. et Swartz *Fl. Ind. occid.* 3.1595.

## 2. *Acrostichum portoricense.* \*

Acr. stipite dense paleaceo, fronde utraque pinnata, pinnis suboppositis summis confluentibus lanceolatis obtusis, sterilis pinnatifidis, laciniis ovatis obtusis serratis, fertilis integris subcrenatis.

In summis collibus insulae Portorico. *Bertier.*

Stipes crassitie culmi secalini, teretiusculus, sulcatus, paleis ferrugineis dense obsitus, quae et in rachin abeunt. Frons utraque cubitalis, pinnata. Pinnae suboppositae, inferiores petiolatae, superiores confluentes, lanceolatae, obtusae, basi cuneatae: sterilis pinnatifidae, glabrae, laete virentes, spithameae. Lacinae ovatae, obtusae, serratae.



Frons fertilis pinnas habet multo angustiores, breviores, integras, subcrenulatas, dorso totas capsulis tectas.

Acr. alienum Sw., proximum, differt: 1) glabritie stipitis, qui hic dense paleis obsitus, 2) pinnis acuminatis, 3) fertilibus etiam pinnatifidis. A priore specie differt: 1) fronde haud radicante, 2) pinnis obtusis, 3) stipite dense paleaceo, 4) fronde fertili pinnata.

3. *Notholaena cheilanthoides.* \*

N. stipite superne hispido, fronde bipinnata lanceolata, pinnis pinnulisque alternis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis, soris subcontinuis. Tab. XVII. fig. 3. 4.)

Felix crenis rotundis et nigricante limbo praecinctis. Plum. Fil. pag. 32. t. 42.

E Iamaica in hortum Liverpoolensem venit. *Shepherd.*

Stipes teres, fusco-niger, inferne nitidus, superne, qua in rachin abit, hispidus, pilis rigidis fuscis. Frons lanceolata, dodrantalis, bipinnata, subtus pilis sparsis articulatis obsita. Lacinae oblongae, obtusae. Sori marginales, subcontinui. Indusium nec ego, nec filius satis oculatus, dispicere potuimus.

Cheilanthus microphylla Sw., pro qua initio habui, quaeque simillima, differt solummodo pinnulis minoribus crenatis et indusio a margine frondis formato. Icon Plumierii t. 58. Cheilanthea hanc bene exprimit. Genus *Notholaenae*, a *R. Brownio* (Prodr. nov. Holl. p. 145.) constitutum, optimum est, licet Cheilanthi proximum.

4) *Polypodium maculatum*. \*

P. fronde bipinnata, subtus pallida, maculata, rachi venisque strigosis, laciniis oblongis obtusis apice serrulatis.

In insula Portorico. *Bertier*.

Pol. pruinatum Sw., cui proximum, differt: 1) fronde triplicato-pinnata, 2) rachi solummodo aspera; quae in nostro pilis longis fuscis rigidis flexuosis sparsa, 3) pinnarum longe alia formatione, sunt enim lanceolatae, breviores, basi auricula lineari-lanceolata divergente: laciniae sunt potius lineares, crenatae. 4) Facies denique inferior pruina glauco-albescente obducta. Nostrae vero laciniae obtusae, apice tantum crenulato-serratae. Venae parallelae, pilis tenuibus sparsis subappressis tectae. Facies inferior solummodo pallidior est superiore, nec glauca, sed maculis croceis aut aureis obsita, quas *Erineum* aut *Torulam* haberem, ni fabrica abesset nisi que his plantulis bissoideis parasiticis fere carerent filices. Soros haud vidi.

4. *Polypodium Balbisii*. \*

P. fronde bipinnatifida, subtus resinoso-punctata, pinnis oppositis sessilibus approximatis lanceolatis horizontalibus acuminatis, laciniis lanceolatis obtusiusculis integerrimis ciliatis, infimis appressis longioribus, soris marginalibus seriatis, stipite villosa.

In insula Portorico. *Bertier*.

P. sanctum Sw., pro quo habitum fuit, longissime differt: 1) stipite glabro, 2) pinnis laciniisque remotis, his linearibus crenulatis, margine haud ciliatis, 3) soris marginalibus quidem, sed ad apicem usque seriem unam formantibus. In nostro vero laciniae approximatae, integerrimae, lanceolatae, obtusiusculae, ciliatae, subtus punctis resinosis aureis conspersae.

Sori marginales à sinibus inde ad mediam laciniam ascendunt, nec ultra.

*P. hirsutum* Sw. Act. holm. 1817. p. 61. differt laciniis ovatis dentatis utrinque pilosis.

*Aspidium patens* Sw. simillimum etiam laciniis infimis elongatis, differt tamen: 1) his ipsis laciniis pinnatifido-incisis, 2) venis subtus hirtis, 3) indusio umbilicali, quod hic abest.

### 5. *Polypodium ciliatum*. \*

*P.* fronde bipinnatifida subtus resinoso-punctata, pinnis alternis petiolatis lanceolatis acuminatis basi inaequalibus pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis ciliatis, stipite rachi venisque barbato-pubescentibus.

In insula Portorocco. *Bertier*.

Stipes culmi secalini crassitie et colore, pilis mollibus barbatis undique obsitus, qui et in rachin et venas abeunt. Pinnae petiolatae, alternae, basi inaequales, dodrantaes, sesquipollicem latae, punctis resinosis subtus conspersae. Lacinae ovatae aut oblongae, obtusae, parallelo-venosae; venae pilis longioribus simplicioribus obsitae. Sori marginales, biseriati, continui. Indusium nullum.

*P. caripense* Willd., pro quo habitum fuit, differt: 1) frondibus glabris, 2) stipite paleaceo. — *P. tetragonum* Sw.: 1) frondibus stipiteque glabris, 2) hoc tetragono.

*Aspidium rotundatum* W. simillimum, quantum ad iconem Plumierii, Fil. t. 38., sed: 1) nulla mentio fit de pube barbata stipitis, quae insignis in nostro. 2) Plumierius petiolos nigricantes describit, qui in nostro straminei sunt.

3) Si verum est *Aspidium*, a nostro differt indusiis, quae nostro desunt.

6. *Polypodium portoricense*. \*

*P.* fronde tripartito-decomposita, pinnis oblongo-lanceolatis pinnatifido-serratis basi cuneatis cuspidatis, stipite tetragono rachibusque villosis, soris solitariis.

In insula Portorico. *Bertier*.

*P. divergens* Willd., quod iuxta phrasin facillime cum hoc confunditur, differt: 1) rachi submembranacea, subtus pilis brevibus fuscis obsita. In nostro rachis angulata, undique pilis longis mollibus albis conspersa; 2) stipite teretiusculo, qui in nostro tetragonus; 3) forma longe alia pinnarum, quae oblongae quidem pinnatifidoque serratae, sed in nostro multo latiores, cuspidatae; 4. substantia frondis solida opaca, quae in nostro diaphana, venis ramosis fuscescentibus; 5. soris magis seriatis, qui in nostro potius solitarii sunt. Me autem verum *P. divergens* Willd. habere, certus sum, cum ipse beatus amicus dederit.

7. *Lomaria rufa*.

*L.* fronde utraque pinnata, pinnis alternis subtus stipiteque dense paleaceis strigosis, sterilibus oblongis obtusis integerrimis coriaceis, fertilibus linearibus.

In Portorico. *Bertier*. In Guadalupa. *Perrin*.

Insignis planta stipite triangulari lignoso eoque et dorso totius frondis dense paleis et pilis strigosis rufis obsito. Frons ceterum lanceolata, sesquicubitalis. Pinnae digitales, oblongae, obtusae, integerrimae, coriaceae, supra quoque pilis rufis longis tortis conspersae.

8. *Asplenium Shepherdii.* \*

A fronde pinnata, pinnis subalternis lanceolatis dentatis acuminatis, dentibus antice serrulatis, rachi superne foliacea ovato-cuspidata. (Tab. XVII. fig. 5. 6.)

In Iamaica. *Shepherd.*

Nulli alii simile, maxime ob rachis appendices cuspidatas

9. *Asplenium integerrimum* \*

A fronte pinnata, pinnis alternis petiolatis lanceolatis acuminatis basi cuneatis, rachi marginata, soris parallelis.

In Portorico ad arborum radices. *Bertier.*

Stipes semiteres, glaber. Frons bipedalis, lanceolata. Pinnae spithameae, glaberrimae, lanceolatae, acuminatae, integerrimae, margine subdiaphano.

Cum nulla alia specie confundenda.

9. *Diplazium serampureense.* \*

D. fronde pinnata, pinnis subalternis subsessilibus lanceolatis basi truncatis obsolete serratis, soris confertis, stipite angulato glabro. (Tab. XVII. fig. 1. 2.)

Ad Serampure Indiae orientalis. *Shepherd.*

D. sylvaticum Sw. proximum, sed differt: 1) stipite piloso, 2) foliis crenatis.

10. *Pteris lanuginosa.* \*

Pt. fronde bipinnata, margine subtus stipiteque superne pubescentibus, pinnis pinnulisque alternis oblongis obtusis, inferioribus pinnatifidis, soris subcontinuis. (Tab. XVI. fig. 1. 2.)

In America boreali. *Shepherd.*

Fueritne hæc *Pteris aquilina* Michaux bor. Amer. 2. p. 262. Pursh Amer. sept. 668., quam varietatem nostratis putant? Pubes sane in filicibus haud ludicra differentia.

### 11. *Adiantum intermedium* Sw.

A. fronde bipinnata, pinnulis dimidiatis cuneatis rhombic-oblongis obtusis striato-nervosis, basi sursum rectangulis, antice apiceque serratis soriferis, stipite rachique ferrugineo-hirsutis. Swartz in Act. holm. 1817. p. 76.

In sylvis Brasiliae. *Freyreis*. In Portorico. *Bertier*.

In Guadalupa. *Perrin*.

Medium tenet locum inter *Ad. cristatum* et *nervosum*. Sed illud habet: 1) stipitem muricatum, 1) pinnas infimas subbipartitas. Hoc habet: 1) stipitem pubescentem, 2) pinnas superne crenatas, haud cuneatas. Hoc etiam provenit in nova Hollandia.

### 12. *Alsophila Perriniana*.\*

A. fronde lanceolata supradecomposita, pinnis oppositis petiolatis, pinnulis remotiusculis, infimis deflexis, oblongo-linearibus obtusis pinnatifidis, laciniis obtusis, soris confluentibus, stipite glabriusculo.

In Guadalupa. *Perrin*.

Stipes pedalis, paleis teneris passim sparsus. Pinnulae omnes remotiusculae, oblongae, angustae, obtusae. Indusium basilare, e paleis laceris constructum, pilis intermixtis. Sori demum confluentes, ut totam paginam inferiorem tegant.

13. *Woodsia pubescens.* \*

W. fronde pinnata stipiteque pubescente, pinnis alternis subsessilibus oblongis obtusis crenatis basi subinaequalibus, soris seriatis. (Tab. XVI. fig. 5. 6. 7.)

In Brasilia. *Shepherd.*

W. *ilvensis*, *hyperborea* et *vestita* habent pinnas pinnatifidas, — *ilvensis* et *vestita* stipites hirtos paleaceos, — W. *hyperborea* etiam pinnas ovatas.

14. *Cyathea guadalupensis.* \*

C. fronde bipinnata, pinnis alternis lanceolatis acuminatis apice serratis, pinnulis lanceolato-falcatis acutiusculis integerrimis, stipite glabro, caudice arboreo?

In Guadalupa. *Bertier. Perrin.*

C. *arborea*, proxima, differt: pinnulis serratis, quae in nostra sunt integerrimae. Hanc formam expressit Rumphius, Amboin. 6. t. 27., et indigitavit.

15. *Anemia scandens.* \*

A. frondibus pinnatis, sterilis pinnis alternis lanceolatis basi cuneatis subpetiolatis striatis serratis acutis glabris, fertilibus linearibus integerrimis, stipite scandente paleaceo.

Lingua cervina scandens, foliis laurinis serratis. Plum. Fil. p. 102. t. 117.

In Martinica. *Plumier.* In Portorico. *Bertier.*

16. *Schizaea pusilla* Pursh. \*

Sch. fronde simplicissima lineari-compressa, spicis conglomeratis inflexis secundis. Pursh. Amer. sept. 657. Nutt. all gen. amer. pl. 2. 249. (Tab. XVI. fig. 3. 4.)

In palude prope a Nova Caesarea, sub Iunipero virginiana, loco aditu difficillimo, ubi *Eddius* primus detexit. Torreyus amicus misit.

Singulare sane, formam hanc tropicam sub gradu quadragesimo primo lat. bor. occurrere.


---





W. Sprengel del.

W. S. Engelstr. sculp.







**BOLETI FOMENTARII PERS.**

varietas singularis;

e fodinis Lithanthracum Leodinensibus.

Descripsit et pingi curavit

*Dr. TH. FR. L. NEES AB ESENBECK, A. C. N. C. S.*

BOULEVARD DE LA VILLE

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

**I**n ditissimo Museo b. Brugmansii, Professoris, dum vivebat, apud Lugdunos celeberrimi, sempiterno mihi desiderio prosequendi, inter corpora naturalia rarissima, quibus late splendebat, saepius delectatus sum contemplatione Fungi tam singularis et ab omnibus, mihi notis, aliena forma adeo aberrantis, ut, quem humanitati Viri pie colendi debeo, descriptione atque icone illustratum, in Actis illustris Academiae N. C. publice proponere audeam. Visus est mihi prae ceteris memorabilis tum ob evolutionis statum singularem atque insolitum, quo facillime non solum a cunctis sui generis speciebus distinguitur, sed ab omnibus fere Fungis pileatis recedit, tum vero ob locum suum natalem, in carbone scilicet, quae Fungorum generationi maxime inimica.

Primo adspectu omnes, in cognitione plantarum mycetoidearum non satis versati, facile in eo congruent, quod eum tanquam propriam et distinctam speciem describendum esse, censeant. Sed accuratius examinatus, affinitatem occultam cum *Boleto fomentario*, *Boletorum* proteo, revelabit, qua persuasi, eum notabilem huius speciei varietatem, forte ex angustiis loci natalis ortam, declaramus.


Sit nobis *Boletus (Apus) fomentarius var. stalactiticus*; suberosus, elongatus, cylindricus, torulosus, fuscescens, poris obsoletis.

Descriptio: Fungus erectus, cylindricus, longitudine unciarum septem, diametri unciae unius, toruloso-tuberosus et quasi articulatus, coloris testacei seu pallide fuscescentis, intus dilutioris. Substantia mere suberosa, sicca, levissima. Pori concolores, inferne plane desiderantur, superne uno latere hinc inde, minutissimi quidem et fere obsoleti, occurrunt. Fungum ex pluribus (undecim numero assecuti sumus) pileolis, sibi invicem superimpositis ac vario modo inter se confluis, ortum duxisse, facile vel ex eo patet, quod in summo apice eius novissimum pileolum magnitudine pisi deprehendimus propullulantem, et eum adhuc mycelio suo candido floccoso involutum.

Aperturae nasalis angulus, hisce lineis descriptus.	46°	34°	44°	47°
Longitudo ossium nasalium.	3" 9"	2" 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	3" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	3" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
A margine ossium nasalium frontali ad <i>B</i> .	9" 9"	7" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	6" 11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	7" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "
Angulus nasalis.	17°	23°	25°	23°
Chorda arcus partis frontalis ossis frontis.	5" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	4" 6"	3" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	4" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
A margine ossis frontis posteriori ad <i>B</i> .	7" 2 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	5" 4 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	4" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	4" 9"
A <sub>1</sub> processu ossis frontis nasali ad foveam inter processus malares.	2" 5 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	1" 9"	— 7 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	— 11'

\*) Dimensiones omnes ad mensuram parisiensem institutae sunt.

	U. spelaei.	U. arctoidei.	U. fuscii.	U. fossilis.
Ab illo puncto ad <i>B</i> .	9" 6 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	7" 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub>	6" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	6" 10 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "
A processu nasali ad summam ossis frontis elevationem.	2" 9"	2" 3"	3" 2"	4" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Ab illo puncto ad <i>B</i> .	9" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	7" —	5" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	4" 9"
Angulus, quem hae lineae cum chorda arcus ossis frontalis formant.	45°	45°	27°	25°
Longitudo cristae suturae sagittalis usque ad protuberantiam ossis occipitis.	4" 10"	3" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	3" 5 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	3" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Ab illo puncto ad <i>B</i> .	5" 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	3" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Ab eodem puncto usque ad infimum angulum protuberantiae ossis occipitis.	1" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	— 7"	1" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	— 6 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Longitudo foraminis magni.	1" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	1" 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	— 11"
Ab <i>A</i> ad illius marginem posteriorem. (Incisura, quae in medio hoc margine perspicitur, non in mensuram vocata est.)	16" 2 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	13" 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	11" 8"	12" —
Angulus Daubentonii, scilicet angulus, quem os occipitis cum nostra linea basilari format.	88°	62°	122°	120°
A margine posteriori ossis occipitis usque ad infimum acumen tuberositatis ossis occipitis.	3" —	1" 9"	2" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	2" 1"
Ab <i>A</i> ad spinam ossium palatinorum.	9" 3"	7" —	6" 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	6" 6"
Longitudo partis palatini ossis intermaxillaris.	2" 9"		1" 8 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	1" 11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
<b>Dimensiones latitudinis superficiei cranii superioris.</b>				
Latitudo summa ossis intermaxillaris in margine alveolari dentium caninorum.	4" 6"	3" 5"	2" 3"	2" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "

	U. spelaei.	U. arctoides.	U. fuscus.	U. fossilis.
Latitudo marginis anterioris ossium nasi.	1" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	1" 2"	1" 4"	1" 2"
Cranii latitudo in regione radices nasi, scilicet distantia marginum orbitarum interiorum versus suturam nasi frontalem.	4" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	2" 6"	2" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	2" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Latitudo cranii ab uno processu malari ad alterum.	5" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 4 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	3" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 11"
Latitudo aperturae, quae loco marginis orbitae posterioris in craniis perspicitur, scilicet intervallum a processu malari ossis frontis ad processum frontalem ossis zygomatici.			1" 2"	1" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
A processu ossis frontis malari usque ad foramen lacrymale.	2" 10"	2" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	2 —	1" 8 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "
Latitudinis dimensio ossis frontis media inter suturam coronalem et processum malarem.	3" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	2" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	2" 7 <sup>2</sup> / <sub>4</sub> "	2" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Summa latitudo ossis frontis in sutura coronali.	3" —	2" 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	2" 9"	3" —
Summa latitudo fornicis ossium bregmaticum in illius margine temporali.	4" —	3" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Latitudo ossis occipitis in illo loco, quo sutura temporalis ossis bregmatici cum lambdoidea convenit.	3" 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> "	3" 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	3" 5"
Summa distantia condylorum ossis occipitis.	3" 2"	2" 9"	2" 6"	2" 6"
Latitudo marginis posterioris foraminis magni.	1" 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	1" 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> "	1" 2"	1" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "
Latitudo marginis illius anterioris.	1" 2"	1" 2"	1" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "	1" 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> "

	U. spelaei	U. arctoidei.	U. fusci.	U. fossilis.
<b>Dimensiones altitudinis.</b>				
A processu palatino ossis intermaxillaris inter alveolorum margines posteriores dentium caninorum usque ad spinam nasi.	3'' 5'''	1'' 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 10 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
A nasi radice ad partem palatinam ossis palatini inter margines posteriores alveolorum postremorum molarium.	4'' 6'''	3'' 6'''	3'' —	2'' 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
A fovea inter tubera frontalia ad marginem posteriorem partis palatinae ossium palatinorum.	6'' 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	4'' 9'''	3'' 4'''	3'' 4'''
Altitudo aperturæ nasalis posterioris.	1'' 3'''		— 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	— 9 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
<b>Dimensiones in basi cranii.</b>				
Ab <i>A</i> usque ad punctum diametri lineae longitudinalis, inter partem posteriorem alveolorum dentium incisivorum extremorum medium.	— 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	— 9'''	— 7'''	— 9'''
Latitudo cranii in hac descripta regione.	2'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' 5 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 5 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
Ab <i>A</i> usque ad medium punctum inter margines alveolares anteriores utriusque dentis canini.	1'' 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' —	— 9'''	1'' —
Latitudo huius regionis.	4'' 3'''	3'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' 6'''
Ab <i>A</i> usque ad punctum medium inter margines alveolares posteriores utriusque dentis canini.	2'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' 8'''
Latitudo huius regionis.	4'' 3'''	3'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 3'''	2'' 4'''
Ab <i>A</i> usque ad punctum medium inter margines alveolares anteriores utriusque dentis molaris parvuli.			2'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Latitudo huius regionis.			2'' 3'''	2'' 5'''


M m

	U. spelaei.	U. arctoides.	U. fossilis.	U. fuscii.
Ab <i>A</i> usque ad punctum medium inter margines alveolares anteriores utriusque dentis molaris primi maioris.	3" 9'''	3" 1 1/2'''	2" 7 1/2'''	2" 10 1/2'''
Latitudo huius regionis.	3" 3 3/4'''	2" 6'''	2" 4'''	2" 6'''
Ab <i>A</i> usque ad punctum medium inter margines alveolares anteriores utriusque secundi dentis molaris.	4" 3 1/4'''	3" 9 3/4'''	3" 3 3/4'''	3" 6'''
Latitudo huius regionis.	4" 1 1/2'''	3" —	2" 7 1/2'''	2" 9 3/4'''
Ab <i>A</i> usque ad punctum medium inter margines alveolares anteriores utriusque ultimi dentis molaris.	5" 8 1/2'''	4" 9'''	4" —	4" 3'''
Latitudo.	4" 4 1/2'''	3" 2 1/4'''	3" —	3" 3'''
Ab <i>A</i> usque ad marginem alveolarem posteriorem ultimi dentis molaris.	7" 3'''	5" 6'''	5" 3 1/2'''	5" 5'''
Latitudo.	4" —	2" 9'''	2" 4 1/4'''	2" 6 1/2'''
Latitudo ossium palatinorum post limbos alveolares.	3"	2" —	2" —	2" 2 1/4'''
Ab <i>A</i> usque ad hunc locum.	7" 7 1/2'''	5" 10 1/2'''	5" 6 1/2'''	5" 11'''
Ab <i>A</i> usque ad spinam palatinam.	9" 4 1/2'''		6" 7'''	6" 6'''
Latitudo.	2" 4'''		1" 8 1/4'''	1" 11 1/2'''
Ab <i>A</i> usque ad acumen processuum pterygoideorum minorum.	10" 10 1/2'''		8" 4 1/2'''	8" 4 1/2'''
Latitudo.	1" 3'''		1" 1 1/2'''	1" 3 1/2'''
Ab <i>A</i> usque ad medium spatium inter utramque cavitationem glenoideam ossis temporis.	12" 7 1/2'''	10" 2 1/4'''	8" 4 1/2'''	8" 4 1/2'''
Ab <i>A</i> usque ad punctum, quo processus pterygoidei ossis sphenoides in posteriori suo margine inde ab ossis corpore descendunt.	12" 9'''	10" 5 1/4'''	9" 1 1/2'''	9" 4'''
Ab <i>A</i> usque ad symphysis ossis sphenoides cum osse occipitis.	13" 9 3/4'''	11" 4 1/2'''	9" 9'''	9" 10 1/2'''



	U. spelaei.	U. arctoidei.	U. fuscii.	U. fossilis.
Diameter orificiorum aurium exteriorum, hoc punctum transiens.	7" 6'''	4" 6'''	4" 4'''	4" 4 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Summa cranii latitudo ab altero arcu zygomatico ad alterum in regione, superiori margini cavitatis glenoideae temporum parallela.	11" —	7" 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	7" 3 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	7" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
A B usque ad punctum, quod linea, ab altero processu mastoideo ad alterum ducta, secat.	1" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 5'''	— 11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 1'''
Diameter transversa ab altero acumine processuum mastoideorum ad alterum.	8" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	5" 3'''	4" 9'''	4" 6'''
Latitudo baseos ossis occipitis in hac linea.	3" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1" 11'''	2" 2 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2" 2 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Longitudo partis basilaris ossis occipitis.	1" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	1" 8'''
A B usque ad punctum, quod linea transversa ab altero processu styloideo ad alterum secat.			— 3"	— 4'''
Haec ipsa linea.	3" 6'''	3" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	3" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	3" 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
Latitudo ossis occipitis in collo condylo- rum.	2" 10 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2" 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	2" 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2" 3'''
<b>Maxilla inferior.</b>				
Diameter arcus limbi alveolaris dentium incisivorum.		1" 9'''	1" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
Latitudo inter marginem externum utriusque dentis canini.		2" 5 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1" 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 8 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
Ab anteriori margine alveolari mediorum dentium incisivorum usque ad marginem posteriorem alveoli dentis canini.		1" 10"	1" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1" 8 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Longitudo a margine alveolari posteriori dentis canini usque ad primum mola- rem.		2" 2 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1" 3 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1" 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''


	U. spelaei.	U. arctoides.	U. fuscus.	U. fossilis.
Longitudo superficiei coronalis primi molaris.	— 6'''	— 6'''	— 6'''	— 6'''
Distantia crurum maxillae inferioris in anterioribus marginibus alveolorum primorum molarium.			1'' 8'''	1'' 10'''
Longitudo dentis secundi molaris.	1'' —	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Longitudo tertii molaris.	1'' —	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Longitudo quarti molaris.	— 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	— 9 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	— 8 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	— 8 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
Distantia utriusque cruris maxillae inferioris in ultimis molaribus.	1'' 6'''	2'' 3 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 1 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
A margine posteriori alveolari ultimi molaris usque ad acumen processus coronalis.	3'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	3'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	3'' 5'''	3'' 5'''
Latitudo processus coronalis.	3'' —	2'' 5'''	2'' 6'''	2'' 6'''
Ab exteriori margine alveolari intimi incisivi usque ad superficiem convexam condyli.	10'' 6'''	8'' 10'''	8'' 10'''	8'' 10'''
Ab acumine processus coronalis usque ad mediam convexitatem condyli.	2'' 6'''	2'' 3'''	1'' 11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	1'' 11 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
Ab angulo hamiformi usque ad acumen processus coronalis.	4'' —	3'' —	2'' — 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' — 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
Altitudo spinae menti externae.	3'' 4'''	2'' 4 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 7 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''
Altitudo ramorum ad primum molarem. Eorum altitudo, quanta est ad ultimum molarem.	2'' 4'''	1'' 9'''	1'' 8 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 8 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
Distantia acuninum processuum coronalium.	2'' 4 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	2'' 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	2'' 11 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''
Latitudo condyli.	3'' 9'''	4'' 5 <sup>1</sup> / <sub>2</sub> '''	4'' 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	4'' 6 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''
	2'' 2 <sup>1</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 9 <sup>3</sup> / <sub>4</sub> '''	1'' 9'''	1'' 9'''







*Ursus fuscus.*

Tab. 2057.



B. del.












*Ursus ferox*

Tab. 20. B











*Uifus fepilis.*

ENTOMOLOGIAE BRASILIANAЕ

STUDIIUM

D. IRACI A. G. S.

1950


ENTOMOLOGIAE BRASILIANAE

SPECIMEN.

Dedit

Dr FR. KLUG, A. C. N. C. S.

Cum tabulis tribus aeneis.





## I. A g r a.

*Agra* Fabr. (Syst. Eleuth.) Latreille (*Histoire naturelle*, Gen. Crust. et Ins., *Considerations*), Schönherr (Synonymia Ins.), Illiger (*Mag. f. Ins.*), Olivier (*nouveau Diction. d'histoire naturelle*), Dumeril (*Diction. des sciences naturelles*), Cuvier (*Regne animal*), Germar (*Ersch u. Grube Encycl.*) — *Carabus* Olivier (*Entomologie, Encycl. method.*) — *Cicindela* Fabr. (Entom. syst. emend.) — *Drypta* Schönherr (l. c.)

### Characteres.

(Tarsi omnes articulis quinque. Palpi sex. Pedes cursorii. Tibiae anticae latere interno emarginatae.) — Caput postice attenuatum. Mandibulae edentulae. Maxillae apice immobili. Palpi labiales securiformes. Thorax conicus. Tarsi articulo quarto bifido. Unguli apice dilatati, truncati, serrati.

### Descriptio.

Corpus medium, elongatum, subdepressum, capite thoraceque angustioribus. Caput exsertum, ovatum, nonnullis angustissimum et rostri instar productum, postice at-

tenuatum, rotundatum, laevissimum, aliis omnino impunctatum, aliis unipunctatum, foveola occipitis medio impressa. Oculi rotundati, prominentes, ad latera in medio capitis siti. Clypeus elongatus, apice rotundatus, vix emarginatus, glaberrimus. Labrum transversum, fere quadratum, apice truncatum. Mandibulae elongatae, trigonae, latere interno glabrae et nullo modo dentatae, apice incurvae, acutae. Maxillae (Tab. XXI. fig. 1.) lineares, apice in dentem acutum incurvatae, latere interno subtilissime ciliatae. Mentum transversum, tridentatum, dentibus magnis obtusis aequalibus. Ligula (Tab. XXI. fig. 2.) porrecta, oblonga et fere cylindrica, apice obtusa. Palpi maxillares exteriores maxillis paullo longiores, cylindrici, obtusi, quadriarticulati, articulo primo distinctiori longiori, reliquis brevibus aequalibus. Palpi maxillares interiores maxillis breviores, biarticulati, articulo primo longissimo cylindrico, secundo ovato brevi. Palpi labiales ligulae basi superiori adnati, porrecti, triarticulati, articulo primo brevissimo, secundo longiori cylindrico, tertio longitudine secundi securiformi. Antennae setaceae, elytris, aut thorace saltem, longiores, ad basin mandibularum insertae, undecim-articulatae, articulis fere aequalibus subpilosis.

Thorax elongatus, cylindricus, antice parum attenuatus, punctatus, punctis irregularibus profunde impressis. Scutellum parvum, planum, oblongum et fere triangulare. Pectus planum.

Abdomen segmentis quinque, primo partim occulto. Elytra abdomine vix breviora, marginata, margine parum reflexo, plana, elongata, medio subangustiora, ante apicem latiora, apice truncata aut oblique truncata, bi-et tridentata,

impresso-punctata et punctato-striata. Alae ut in Carabiscis vicinis, Odacanthis, Nebriis, Harpaliis aliisque. Pedes cursorii, elongati, subaequales, antici breviores, postici paulo longiores. Capitula subglobosa, partim acetabulo inclusa; condyli breves, cylindrici. Femora parum compressa, ad basin apicemque angustiora, nonnullis incrassata, postica apophysii (s. fulcro) baseos elongato-ovata instructa (Femora fulta.) Tibiae femoribus fere aequales, cylindricae, subcompressae, pilis brevibus incumbentibus vestitae, ad apicem truncatae et fere rotundatae, spinulis duabus brevissimis armatae, anticae in latere interno profunde emarginatae. Tarsi tibiis breviores, pilis rigidis brevibus subhirti; articulis tribus prioribus subaequalibus cylindricis, apice crassioribus truncatis, quarto brevi, bifido. Plantae densius vestitae. Unguis longitudine articuli secundi, apice clavatus, unguibus brevibus compressis dilatatis truncatis ad apicem subtilissime et acute serratis, et dente quidem externo maiori et productiori armatis. Pollex vix ullus. Color obscurus, aut niger, aut obscure aeneus, elytris nonnullorum tamen aeneo-punctatis, aut totis cupreis et viridi-aeneis.

## S p e c i e r u m d e s c r i p t i o.

### 1. *Agra rufescens.*

A fusco-aenea, antennis pedibusque rufo-piceis, capite ovali laevi, thorace elongato punctato-rugoso, elytris impresso-punctatis, apice oblique truncatis bidentatis. Long. lin. 10.

*Carabus caiennensis Olivier Entomologie III. p. 53. n. 60. p. 12. fig. 153. \**)

*Encyclopédie méthodique. Histoire naturelle. Insectes. Pl. 180.*  
fig. 20?

*Agra caiennensis* Latr. *Genera. Crust. et Ins. I. p. 195. Sp. 1.*

*Agra aenea* Latr. *Histoire nat. des Crust. et des Ins. VIII. p.*  
257. n. 1?

*Drypta caiennensis.* Schönherr *Synonymia Ins. I. 1. p.*  
257. n. 3?

*Patria: Bahia in Brasilia. Misit Sello. — Mus. Reg. Bero-*  
*linense.*

*Magna, subdepressa, piceo-subaenea.*

Caput thorace vix angustius, ovale, laeve, supra nigro subtus rufo-piceum, clypei apice, labro palpisque rufo-piceis. Mandibulae piceae, apice nigrae. Antennae elytrorum fere longitudine, subpilosae, rufo-piceae. Thorax capite vix longior, ante apicem parum angustatus, supra punctis impressis, saepius confluentibus, inaequalis, subtus vix punctatus. Scutellum concolor. Elytra thorace plus duplo longiora, capite duplo fere latiora, subaequalia, marginata, apice oblique truncata, acute bidentata, picea, aeneo-submicantia, punctata, punctis magnis inaequalibus impressis, saepius confluentibus, in seriebus novem longitu-

---

\*) » C. alatus, aeneus, rugosus, capite thoraceque linearibus. Antennae fuscae;  
» caput angustum. Thorax angustus, rugosus. Elytra rugosa, apice sub-  
» bidentata. Corpus supra aeneum, subtus fusco-aeneum. «

» *Les antennes sont obscures. Tout le dessus du corps est bronzé, brillant, le*  
» *dessous est d'un noir bronzé. La tête est étroite, lisse: le corcelet est*  
» *étroit, allongé, raboteux. Les élytres sont raboteuses, obliquement tronquées,*  
» *à leur extrémité presque bidentées. «*

» *Il se trouve à CAYENNES, d'où il a été envoyé à la société d'Histoire*  
*naturelle par Mr. LE BLOND, « (Olivier l. c.)*

dinalibus positis. Venter piceus, segmentis apice ferrugineo-subpilosis. Pedes rufo-picei, femoribus subincrassatis, tibiis rarius, — tarsis densius rufo-ciliatis.

Mas tibiis posticis subincurvatis, intus fusco-subtomentosis differt.

## 2. *Agra infuscata*.

*A. fusco-aenea*, capite angusto laevi, thorace elongato punctato, elytris impresso-punctatis apice bidentatis. Long. lin. 9.

*Agra aenea* Fabr. Syst. Eleuth. I. p. 224. n. 1.\*) Schönherr Synonymia Insect. I. 1. p. 256 n. 1.?

Patria: *Parà* in Brasilia. Misit. Sieber. — Mus. Regium Berolinense e collect. Com. de Hoffmannsegg.

*A. rufescenti* simillima; differt praesertim capite thoraceque angustioribus, antennis brevioribus, elytris apice truncatis, vix autem obliquis dentibusque minoribus armatis, tarsis denique angustioribus et colore non fusco sed rufescenti-aeneo.

Caput thorace angustius, nigro-aeneum, laevissimum, nitidum, labro palpisque ferrugineis. Mandibulae ferrugineae, apice nigrae. Antennae capite thoraceque, simul

\*) »*A. obscure aenea*, thorace punctato, elytris bidentatis rugosis.«

»Habitat in America meridionali. Dom. *Schmidt*. Mus. Dom. de »Sehestedt.«

»Corpus magnum, angustatum. Caput magnum, ovatum, exsertum, laeve, »aeneum, obscurum, antennis obscure rufis. Thorax elongatus, cylindricus, »antice parum angustatus, punctatus vel potius variolosus, aeneus, obscure »nitidus. Elytra rugosa, obscure aenea, nitidula. Corpus atro-aeneum, »pedibus obscure rufis.«

»Varietas duplo fere minor mas videtur.» (Fabr. l. c.)

sumtis, fere longiores, elytris breviores, subhirtae, rufescentes, articulis ultimis apice late fuscis. Thorax elongatus, ante apicem angustatus, supra punctis impressis, saepius confluentibus, inaequalis, subtus vage punctatus, fusco-subaeneus. Scutellum fuscum. Elytra thorace plus duplo longiora, capite duplo fere latiora, medio subangustiora, marginata, apice truncata, bidentata, fusca, aeneo-punctata, punctis impressis distinctis, in seriebus longitudinalibus novem dispositis. Abdomen fusco-aeneum, ventre glabro. Pedes fuscescentes, tibiis tarsisque dilutioribus pilisque brevibus rufescentibus vestitis, plantis aurato-subtomentosis.

Variat antennis pedibusque unicoloribus rufo-piceis capitisque clypeo apice piceo.

### 3. *Agra aterrima*.

A. capite angustissimo laevi, thorace valde angustato punctato, elytris punctato-striatis apice acute bidentatis. Long. lin. 7.

Patria: *Bahia in Brasilia*. Misit Sello. — Mus. Reg. Berolinense.

Angustissima, aterrima, nitida.

Caput laevissimum, labro palpisque concoloribus, mandibulis piceis. Antennae elytris breviores, nigrae, subpilosae. Thorax capite vix latior, nec multo longior, ad apicem coarctatus, supra profunde, sed irregulariter, impresso-punctatus, subtus fere glaber. Scutellum concolor. Elytra thorace plus duplo longiora, subaequalia, marginata, apice oblique truncata, bidentata, dentibus, interno praesertim, productis acutis, supra punctata, punctis profunde

impressis irregularibus vixque in seriebus distinctis dispositis. Venter glaber, sparsim pilosus. Pedes concolores, tibiis tarsisque nigro-subpilosus. Plantae cinerascentes.

#### 4. *Agra variolosa*.

*A. fusco-aenea*, pilosa, capite ovato, basi excavato, thorace elongato punctato, elytris punctato-striatis, plicato-rugosis, apice truncatis bidentatis. Long. lin. 5.

Patria: *Bahia* in *Brasilia*. Misit Sello. — Mus. Reg. Eerolinense.

Praecedentibus brevior. Caput vix productum thoraceque haud angustius, laeve, nigrum, labro palpis mandibulisque ferrugineis. Antennae elytris longiores, ferrugineae, pilosae. Thorax capite vix duplo longior, fusco-aeneus, supra profunde, sed irregulariter, punctatus, punctis partim confluentibus, subtus vage punctatus, dorso lateribusque pilosus. Scutellum laeve. Elytra, marginata, apice truncata, acute dentata, pilosa, fusco-aenea, foveolata et punctata, foveolis irregularibus obiter impressis oblique transversis cohaerentibus, punctis in seriebus novem longitudinalibus dispositis. Venter glaber, piceus. Pedes picei, pilosi, plantis cinereis tomentosus.

#### 5. *Agra excavata*.

*A. nigro-aenea*, capite ovato, basi excavato, thorace elongato punctato, elytris punctato-striatis, apicibus truncatis bidentatis. Long. lin. 5.

Patria: *Parà* in *Brasilia*. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berolinense ex collect. Com. de Hoffmannsegg.

Similis *A. variolosae*. Caput thorace haud angustius,

vix porrectum, ovatum, laeve, nitidum, nigrum, labro, mandibulis palpisque piceis, vertice foveola media orbiculari. Antennae longitudine elytrorum, piceae, pilosae.

Thorax modice elongatus, sulcis lateralibus punctisque impressis, saepius confluentibus, inaequalis, niger, subaeneus. Scutellum thoracis colore. Elytra thorace duplo fere latiora, duplo longiora, marginata, apice truncata, bidentata, nigro-aenea, punctato-striata, punctis confertis distinctis in seriebus novem, versus elytrorum apices per paria iunctis, dispositis. Venter nigro-piceus. Pedes fusco-picei, plantis cinerascentibus tomentosis.

#### 6. *Agra immersa*.

*A. cap.* ad basin excavato laevi, thorace angustato punctato, nigro aenea, subpilosa, elytris cupreis punctato-striatis apice truncatis bidentatis. Long. lin. 4.

*Patria: Pará in Brasilia.* Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Museo Comitis de Hoffmannsegg.

Similis *A. excavatae*; differt imprimis capite thoraceque angustioribus subpilosus, antennis longioribus, elytris discoloribus.

Caput laeve, nigrum, nitidum, occipitis foveola media. Os piceum. Antennae elytris longiores, piceae, piliferae. Thorax elongatus, angustatus, punctis confluentibus inaequalis, lateribus pilosis, dorso sulculo longitudinali medio diviso; subtus subtilius, at distinctius, punctatus. Scutellum thoraci concolor. Elytra thorace duplo fere latiora, vix duplo longiora, marginata, apice truncata, obtuse dentata, cupreonitentia, basi viridi-aeneo micantia, passim pilifera, punctato-striata, striis distinctius, sicuti in specie praecedente, iun-



ctis, interstitiis laevissimis. Venter nigro-piceus. Pedes passim piliferi, picei, tibiis tarsisque dilutioribus, plantis cinerascentibus.

### 7. *Agrachalcoptera*.

A. capite basi excavato, thorace elongato punctato, subpilosa, nigro-aenea, elytris viridi-aeneis punctato-striatis, passim excavatis, apice truncatis subbidentatis. Long. lin.  $5\frac{1}{2}$ .

Patria: *Pará* in *Brasilia*. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Simillima *A. immersae*, at elongatior et elytrorum sculptura distincta.

Caput ovato-elongatum, thorace vix angustius, laevissimum, nigrum, occipite impresso, labri apice, mandibulis palpisque piceis. Antennae elytris multo longiores, pilosae, rufescentes, articulis duobus baseos obscurioribus. Thorax lineola longitudinali divisus, subpilosus, dorso punctis magnis impressis, passim confluentibus, inaequalis, subtus subtilius et confertius, at distinctius, punctatus, nigro-aeneus. Scutellum nigrum. Elytra thorace duplo fere latiora, vix tamen duplo longiora, marginata, apice truncata, obtusa, bidentata, viridi-aeneo micantia, passim pilosa, striata et foveolata; striae novem e punctis distinctis confertis, binis versus apicem, ut in antecedentibus, iunctis; foveolae transversae, leviter impressae, striis et interstitiis passim immixtae. Venter piceus. Pectus medio pubescens. Pedes passim pilosi, picei, tibiis tarsisque dilutioribus rufescentibus, plantis tomentosissubauratis.

8. *Agra brevicollis*.

*A.* capite angustato, basi excavato, thorace elongato punctato, nigro-aenea, elytris cupreis punctato-striatis, apice truncatis subtridentatis. Long. lin. 5 $\frac{1}{2}$ .

Patria: *Parà* in *Brasilia*. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Museo Com. de Hoffmannsegg.

Affinis *A. immersae*; differt praesertim capite angustiori et productiori, thorace crassiori pilisque destituto, elytris subtridentatis.

Subdepressa. Caput vix thorace brevius, porrectum, laevissimum, nigrum, mandibulis apice piceis, occipite foveola impressa, antennis piceis, articulis tribus prioribus nigris. Thorax supra lineola longitudinali media impressa divisus punctisque, saepius confluentibus, inaequalis, subtus distinctius punctatus, nigro-violaceus, subaeneus. Scutellum colore thoracis. Elytra cuprea, thorace plus duplo longiora, vix tamen duplo latiora, marginata, striata, striis novem et punctis confertis, eo modo, quo in praecedentibus, iunctis; margo elytrorum externus violaceo-subaeneus, apex truncatus, dentatus, dente externo solo distincto acuto, interno obtuso, intermedio obtusissimo. Venter nigro-violaceus, medio per totam longitudinem cinereo-tomentosus. Pectus subhirtum. Pedes nigro-violacei, unguibus piceis, plantis cinereo-tomentosis.

9. *Agra geniculata*.

*A.* capite angusto laevi, thorace elongato punctato, elytris punctato-striatis apice truncatis subtridentatis, nigro-subaenea, pedibus rufo-testaceis, femoribus apice fuscis. Long. lin. 6 $\frac{1}{2}$ .

Patria: *Parà* in *Brasilia*. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Elongata, subdepressa. Caput laeve, nigrum, labro, mandibulis palpisque piceis. Antennae longitudine fere elytrorum pilosae, piceae, articulis baseos obscurioribus. Thorax elongatus, nigerrimus, impresso-punctatus, punctis in dorso maioribus, ad latera confluentibus, subtus perpauca. Scutellum concolor. Elytra thorace duplo fere latiora, duplo longiora, nigra, punctata, punctis aeneis impressis in seriebus longitudinalibus novem dispositis, apice truncata, tridentata, dente externo acuto, reliquis obtusis. Venter nigro-subaeneus, lateribus piceis, Pedes rufo-testacei, femoribus apice fuscis, tibiis apice tarsisque piceis. Coxae piceo-nigrae.

10. *Agra ruficornis*.

A. capite angustato laevi, thorace elongato rugoso-punctato, elytris punctato-striatis apice truncatis subtridentatis, nigro-aenea, ore, antennis pedibusque rufo-piceis. Long. lin.  $6\frac{1}{2}$ .

Patria: *Parà* in *Brasilia*. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Museo Com. de Hoffmannsegg.

Valde attenuata, omnium facile angustissima. Caput perangustum, valde elongatum, in rostrum quasi productum, laevissimum, nitidissimum, piceo-nigrum, clypeo, labro, mandibulis palpisque rufo-piceis. Antennae elytris breviores, rufo-piceae et subpilosae. Thorax elongatus, nigro-aeneus, dorso sulculo longitudinali divisus et profunde, sed irregulariter, punctatus, subtus glaber, nitidus. Scutellum thoracis colore. Elytra thorace haud multum latiora, duplo

fere longiora, marginata, punctata, punctis violaceo-aeneis magnis profunde impressis in seriebus longitudinalibus novem dispositis, truncata, apice dentata, dentibus, elytra terminantibus, tribus, externo acuto, caeteris obtusis. Venter nigropiceus, violaceo-aeneus, micans, glaberrimus, nitidus. Pedes rufo-picei, unicolores, tibiis tarsisque subpilosus, tarsorum articulo quarto subtus albido-sericeo.

### 11. *Agra femorata*.

*A. nigro-aenea*, capite ovato laevi, thorace elongato punctato-rugoso, elytris punctato-striatis, apice truncatis tridentatis, femoribus incrassatis. Long. lin. 7.

Patria: *Parà* interior. Misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Corpus elongatum, aterrimum, aeneo-violaceo-punctatum. Caput angustatum, porrectum, laeve, nitidissimum, nigro-subpiceum, clypei apice, labro, mandibulis palisque piceis. Antennae elytrorum fere longitudine, piceae, subpilosae. Thorax elongatus, aterrimus, nitidus, subtus fere impunctatus, dorso lineola longitudinali media punctisque, ad latera in sulcos profundos confluentibus, inaequalis. Scutellum glabrum. Elytra thorace vix duplo longiora, paullo latiora, marginata, apice truncata, distincte tridentata, punctata, punctis violaceo-aeneis profunde impressis distantibus in seriebus novem longitudinalibus positis. Venter glaberrimus, nigro-piceus, violaceo-aeneo-nitidus. Pedes nigro-picei, aeneo-nitidi, tarsis piceis, femoribus insigniter incrassatis, tibiis tarsisque rufescentibus densius ciliatis, plantis cinereo-micantibus.

12. *Agra exarata.*

*A. nigro-aenea*, capite ovato, occipite leviter impresso, thorace elongato punctato-rugoso, elytris punctato-striatis apice truncatis tridentatis. Long. lin. 8.

Patria: *Parà*. Misit Sieber. — Museum Reg. Berol. ex Museo Com. de Hoffmannsegg.

Magna, elongata, subdepressa, elytrorum sculptura distinctissima, aterrima, aeneo-nitida. Caput ovatum, elongatum, postice levissime impressum, nitidissimum, nigrum. Labrum margine piceo. Mandibulae piceae, apice nigrae. Palpi anteriores picei, postici nigro-picei. Antennae elytris breviores, subpilosae, piceae, basi obscuriores, apice rufescentes. Thorax elongatus, subtus passim et leviter, dorso profundius et confertius impresso-punctatus. lineolaque media longitudinali impressa divisus. Scutellum glabrum, planum. Elytra thorace plus duplo longiora, marginata, apice truncata, distincte tridentata, dorso subplana, aterrima, aeneo-violacea et micantia, punctata, punctis transversim impresis plerumque confertissimis in seriebus novem distinctis, rarius interruptis, dispositis. Venter aterrimus, aeneo-violaceo-nitidus, rufescenti-subpilosus. Pedes nigro-picei, aeneo-violacei, micantes, tarsis piceis rufo-ciliatis, plantis rufescenti-tomentosis.

Variat corpore piceo, elytris viridi-aeneis micantibus.

13. *Agra cuprea.*

*A. capite* postice foveolato, thorace elongato punctato, nigro-aenea, elytris punctato-striatis apice tridentatis cupreis. Long. lin. 7.

Patria: *Parà. Misit Sieber.* — Mus. Reg. Berol. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Distinctissima species. Caput laeve, angustatum, porrectum, nigrum, nitidum, occipitis foveola impressa. Mandibulae piceae. Palpi nigro-picei. Antennae elytris breviores, subpilosae, rufescentes, articulis prioribus obscurioribus. Thorax vix capite longior, lineola longitudinali divisus, nigerrimus, aeneo-nitidus, punctatus, punctis in dorso maioribus profundius impressis, saepius, imprimis ad latera, confluentibus. Elytra thorace plus duplo longiora, medio cupreo-lateribus viridi-aeneo-micantia, punctato-striata, apice tridentata, dentibus distinctis, externo acuto, intermedio obtuso, interno in spinam acutissimam producto. Venter nigerrimus, aeneo-nitidus, passim pilifer. Pedes nigro-picei, aeneo-nitiduli, tibiis nigro-piceis, tarsis rufo-piceis, rufescenti-subhirtis. Femora subincrassata. Plantae tomento sericeo fulvo-aureo tectae.

### A c c e d u n t

#### A. Species mihi non visae.

##### 14. *Agra tridentata.*

*Carabus tridentatus* *Olivier Entomologie* III. p. 53. n. 61. p. 11. f. 129. *Encyclopédie méthodique. Histoire naturelle. Insectes.* pl. 180. fig. 18.

*Drypta tridentata* *Schönherr Synonymia Insect.* I. 1. p. 237. n. 4.

„*C. niger*, antennis pedibusque fusco-ferrigineis, elytris striatis „apice tridentatis.“

- „Statura Car. attelaboidis, at paullo minor. Antennae pedesque  
„fusco-ferruginea. Caput thoraxque angusta, nigra, nitida.  
„Elytra nigra, striata, apice tridentata.“  
„ . . . Les elytres sont striées et terminées par trois peti-  
„tes épines, dont l'interne est la plus longue.“  
„ Il se trouve . . . . .“  
„Du cabinet de Mr. Holthuisen.“ (Olivier. l. c.)

15. *Agra rufipes*.

- Agra rufipes* Fabr. Syst. Eleuth. p. 225. n. 2. Latreille Hist. nat. VIII. p. 257. n. 2. Schönherr Synonymia Insect. I. 1. p. 236. n. 2.  
„A. nigra, thorace varioloso, elytris striatis, antennis pedibusque rufis.“  
„Habitat in America meridionali. Mus. D. Lund.“  
„Statura omnino praecedentis (*A. aeneae*), at duplo minor.  
„Caput laeve, nigrum, nitidum. Thorax cylindricus, niger.  
„Elytra striata, apice bidentata. Corpus nigrum, pedibus rufis.“  
(Fabr. l. c.)

B. Species Indiae orientalis.

16. *Agra attelaboides*.

- A. capite postice foveolato, thorace punctato-rugoso, elytris interrupte-punctato-striatis, apice acute tridentatis, nigro-aenea, antennis pedibusque rufo-piceis. Long. lin. 7.  
*Cicindela attelaboides* Fabr. Entom. Syst. emend. IV. p. 443. n. 2—3. \*)

---

\*) „C. thorace elongato cylindrico, rugosa, nigra, elytris apice spinosis, pedibus rufis.“  
„Habitat in India orientali. Mus. Holthuisen. Affinis videtur

*Agra attelaboides* Fabr. | Syst. Eleuth. I. p. 225. n. 3. Schönherr Synonymia Insect. I. 1. p. 256. n. 5.

Habitat in India orientali (Fab l. c.) — Mus. Reg. Berol. ex Museo Salingriano.

Elongata, subdepressa. Caput elongatum, nigrum, glabrum et nitidum, occipitis foveola longitudinali. Labrum mandibulaeque ferruginea, Palpi rufo-picei. Antennae hinc inde pilosae, rufo-piceae. Thorax nigro-aeneus, conicus, dorso linea longitudinali impressa divisus, punctatus, punctis profunde impressis, in dorso rarioribus, ad latera confertioribus confluentibus. Scutellum concolor. Elytra thorace duplo longiora, apice tridentata, dente interno acutissimo, nigro-aenea, punctata, punctis impressis in seriebus longitudinalibus, saepius interruptis, dispositis. Abdomen nigro-aeneum. Venter medio cinereo-pilosus. Pedes rufo-picei, capitulis anteriorum, posteriorum coxis una cum appendice femorali nigro-aeneis, plantis cinereo-tomentosis.

#### N o t a n d a.

Ab Agris removeri debent species, quas *Latreille* (*Histoire naturelle des Crust. et des Ins. Genera Crust. et Insect. l. c.*) ad hoc genus retulit, — *Carabus acuminatus* Oliv. et *Attelabi surinamensis* et *pensylvanicus* Lin.

Oris partes in *Carabo acuminato*, *Attelabo pen-*

» C. apterae. Caput atrum, nitidum, antennis rufis. Thorax elongatus, » cylindricus, rugosus, antice angustatus. Elytra haud connata, rugosa, » nigra, apice spinoso-dentata. Pedes rufi. Proprii generis videtur. Palpi » antici clavati, rufi. (Fabr. l. c.)



sylvanico plurimisque Carabiceis congeneribus aut affinibus accuratius inspexi, atque hoc examine corporisque totius omniumque eius partium contemplatione cognovi, Carabum acuminatum cum Odacantha bifasciata Fabr. et Atelabum pensylvanicum Lin., utrumque per se, genus proprium constituere.

**C a l o p h a e n a, n. g.**

*Carabus Olivier (Entomologie. Encycl. méth.), Agra Latreille (Histoire des Crust. et des Insectes.), Odacantha Weber (Observ. entomol.), Fabricii (Syst. Eleuth.), Schönherr Synonymia Insect.)*

**C h a r a c t e r e s.**

(Tarsi omnes articulis quinque. Palpi sex. Maxillae apice immobili. Pedes cursorii. Tibiae anticae latere interno emarginatae.)

Caput postice attenuatum. Mandibulae edentulae. Palpi filiformes. Thorax ovatus. Tarsi articulo quarto rotundato. Unguli arcuati, acuti.

**G e n e r i s d e s c r i p t i o.**

Corpus medium, subdepressum. Caput planum, exsertum, laeve, inter oculos latissimum, postice attenuatum. Oculi magni, globosi, prominentes. Clypeus transversus, truncatus. Labrum quadratum, apice truncatum, integrum. Mandibulae breves, apice incurvae, acuminatae. Maxillae (Tab XXI. fig. 3.) lineares, compressae, apice in dentem acutum incurvatae, intus apiceque ciliatae. Mentum (Tab.

XXI. fig. 4.) breve, transversum, tridentatum, laciniis lateralibus magnis rotundatis, dente intermedio parvo acuto. Ligula brevis, quadrata, apice emarginata, seta utrinque lineari membranacea instructa. Palpi maxillares exteriores maxillis longiores, quadriarticulati, articulo primo brevissimo, secundo reliquis longiori. Palpi maxillares interiores maxillis fere breviores, biarticulati, articulis cylindricis subaequalibus. Palpi labiales quadriarticulati, articulis cylindricis, prioribus duobus brevissimis, tertio quarto longiori. Antennae ad basin mandibularum insertae, corporis fere longitudine, setaceae, undecim-articulatae, articulo primo maiori, apice crassiori, secundo brevissimo, reliquis aequalibus. Thorax oblongus, planus, caput magnitudine aequans. Scutellum triangulare, minimum. Pectus planum. Abdomen segmentis quinque, primo partim occulto. Elytra abdomen fere tegentia, thorace latiora duploque longiora, plana, elongata, marginata, margine parum reflexo, striata et punctato-striata, apice truncata, dentata. Alae ut in generibus *Agra*, *Odacantha*, aliisque affinibus. Pedes cursorii, subaequales, postici paullo longiores. Capitula subglobosa. Condylus brevis, cylindricus, postici fulcro femorali elongato-ovato instructi. Femora subcompressa. Tibiae femoribus aequales, pilis brevibus hispidulae, apice truncatae spinulisque duabus parvis armatae. Tarsi breves, articulis tribus prioribus triangularibus apice parum emarginatis ciliatis; primo longissimo, tertio brevissimo, quarto disciformi subtus tomentoso, quinto, sive ungue, supra ad basin quarti infixio angusto subincurvo, ungulis duabus parvis incurvatis acutis latere interno obtuse dentatis armato. Pollex nullus. Color variat.

## S p e c i e r u m d e s c r i p t i o.

## 1) Calophaena acuminata.

*C. nigra*, elytris striatis apice acute dentatis cyaneis albobimaculatis. Long. lin. 6½.

*Carabus acuminatus* Olivier *Entomol.* III. p. 66. n. 58. Tab. I. fig. 8. *Encyclopédie méthodique. Histoire naturelle. Insectes.* Tom. V. p. 340. n. 86. Pl. 179. f. 1.

*Agra acuminata* Latreille *Histoire naturelle* Tom. VIII. pag. 258. n. 3.

*Odacantha acuminata.* Schönherr *Synon. Ins.* I. 1. p. 257. n. 7.

Patria: *Bahia in Brasilia.* Misit Sello. — *Mus. Reg. Berol.*

Caput nitidum, nigrum, mandibulis apice ferrugineis. Palpi labiales nigri, maxillares nigri, apice rufi. Antennae nigrae, apice testaceae. Thorax nitidissimus, niger. Scutellum concolor. Elytra apice oblique truncata et bidentata, dente externo brevissimo obtuso, interno in spinam acutam producto. Pectus et venter nigro-picea, unicoloria. Pedes nigro-picei, femoribus solis obscurioribus nigro cyaneis, plantis cinereo-tomentosis.

## 2) Calophaena bifasciata.

*C. pallida*, elytris fasciis duabus nigris. Long. lin. 3½.

*Carabus bifasciatus.* Olivier *Ent.* III. N. 55. p. 88. n. 119. Pl. 7. f. 80. *Encycl. meth. Hist. nat. Ins.* V. p. 347. n. 119. Pl. 179. fig. 10.

*Odacantha fasciata.* Weber *Obs. entom.* p. 45. n. 1.

*Odacantha bifasciata.* Fabr. *Syst. Eleuth.* I. p. 229. n. 2. Schönherr *Synon. Ins.* I. 1. p. 237. n. 2. *Herbst Kaefer* X. p. 222. n. 3. Tab. 173. f. 13.

Patria: *America meridionalis*; *Parà* in Brasilia. — Specimina quam plurima misit Sieber. — Mus. Reg. Berol. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Pallida, capite cum antennis thoraceque paullo obscurioribus. Elytra apice spina laterali brevi armata, punctato-striata, fasciis duabus latis atris, altera baseos, altera pone medium, quae marginem exteriorem haud attingit, ornata. Pedes pallidi, pallido-subpilosi.

### Ophienea, n. g.

*Attelabus* Linnei (Syst. Nat.), *Calliuris* de Geer (*Mémoires*), *Olivier* (*Encycl.*), *Agra Latreille* (Genera Crust. et Ins.), *Odacantha* et *Cicindela* Fabr. (Entom. syst. Suppl., Syst. Eleuth.), *Schönherr* (Syn. Insect.)

### Characteres.

(Tarsi omnes articulis quinque. Palpi sex. Maxilla apice immobili. Pedes cursorii. Tibiae anticae latere interno emarginatae.)

Caput postice attenuatum, basi angustissimum. Mandibulae edentulae. Palpi filiformes. Thorax cylindricus. Tarsi articulo quarto elongato. Unguli arcuati, acuti.

### Generis descriptio.

Caput exsertum, inter oculos latissimum et thorace fere latius, occipite praelongo, ad basin sensim attenuato, basi angustissimo. Oculi magni, rotundati, prominentes, versus apicem utrinque in latissima parte capitis siti. Clypeus brevis, transversus, integer. Labrum breve, transversum, truncatum. Mandibulae breves, validae, subarcuatae, acutae, la-

tere interno glabrae, edentulae. Maxillae (Tab. XXI. fig. 5.) lineares, apice incurvatae, acuminatae, latere interno ciliatae. Mentum (Tab. XXI. fig. 6.) transversum, tridentatum, dentibus lateralibus maioribus obtusis, intermedio minori acuto. Ligula porrecta, cylindrica, apice emarginata, dente utrinque lineari membranaceo instructa. Palpi maxillares exteriores maxillis fere longiores, quadri-articulati, articulo primo brevissimo, secundo longiori cylindrico, reliquis aequalibus, tertio cylindrico, quarto elongato obtuso. Palpi maxillares interiores maxillis breviores, biarticulati, articulo primo longiori cylindrico, altero brevi ovato acuminato. Palpi labiales triarticulati, articulo primo brevissimo, reliquis cylindricis aequalibus \*). Antennae elytris longiores, filiformes, articulis undecim, primo maiori, secundo breviori, reliquis cylindricis aequalibus. Thorax capite vix longior, angustus, cylindricus, medio parum incrassatus. Scutellum indistinctum. Elytra abdomen tegentia, thorace duplo latiora, nec tamen capite thoraceque simul sumtis longiora, plana, apice oblique truncata, integra (aut acuminata). Alae ut in Carabidis affinibus. Pedes cursorii, subaequales, postici vix longiores. Capitula globosa. Condyli parvi, cylindrici, postici apophysi femorali elongata instructi. Femora subcompressa. Tibiae apice truncatae, bispinosae, anticae latere interno emarginatae. Tarsi articulo primo longiori, quarto brevissimo, intermediis aequalibus cylindricis, quinto s. ungue apice crassiori rotundato, unguis duabus arcuatis acutis basi subdentatis armato, pollice indistincto.

---

\*) Instrumentis cibariis *Ophioneae* cum *Odacanthis* fere conveniunt, vixque ligula longius producta et apice emarginata palpisque labialibus longioribus differunt.

## S p e c i e r u m d e s c r i p t i o.

1) *Ophionea pensylvanica*.

*O. nigra*, nitida, elytris rubris fascia media interrupta apiceque nigris, pedibus testaceis. Long. lin. 3.

*Attelabus pensylvanicus*. Lin. Syst. nat. ed. XII. I. 2. p. 620. n. 5., \*) ed. Gmelin. I. 4, p. 1810. n. 5. — Fabricii mant. Ins. I. p. 124. n. 5.

*Agra pensylvanica*. Latr. Gen. Crust. et Insect. I. p. 196. sp. 3. Tab. 7. fig. 1.

*Odocantha pensylvanica*. *Herbst Kaefer* X. p. 221. n. 2. Tab. 173. f. 12.

*Patria: America borealis*. — Mus. Reg. Berolin. ex Mus. Com. de Hoffmannsegg.

Caput nigrum, nitidissimum, mandibulis ferrugineis. Antennae ferrugineae, medio subfuscae. Thorax niger, nitidissimus, dorso glaberrimus, lateribus punctatus. Elytra basi punctato-striata, apice rotundata, integra, rubra, nitida, in medio maculis duabus, altera marginali, altera ad suturam, fuscis ornata, apice fusca. Abdomen nigro-piceum. Pedes testacei, femoribus apice obscurioribus, coxis nigro-piceis.

2. *Ophionea cyanocephala*.

*O. rufa*, capite elytrorumque fasciis duabus nigro-cyaneis.

---

\*) » *A. niger*, elytris rubris, fascia media apiceque nigris. Habitat in Philadelphia. Kalm.» — «Statura praecedentis (*A. surinamensis*) omnino, sed alius et minor. Caput depressum, nigrum, postice elongatum, maxillis rufis. Antennae filiformes, obtusae, basi flaveseentes. Thorax oblongus, niger, glaber. Elytra rufa, fascia in medio nigra et alia ad apicem, Pedes rufi.» (Lin. l. c.)

*Odacantha cyanocephala*. Fabr. Syst. Eleuth. I. p. 229. n. 3.  
 Schönherr Synon. Ins. I. 1. p. 237. n. 3. *Herbst Käfer* X.  
 p. 223. n. 4.

*Cicindela cyanocephala*. Fabr. Suppl. Ent. syst. p. 60.  
 n. 2—5.

Patria: *India orientalis* (Fabr. l. c.) — Mus. Reg. Berol. ex Mus.  
 Com. de Hoffmannsegg.

Magnitudo fere *O. pensylvanicae*. Caput nigro-cyaneum, nitidum, mandibulis, palpis antennisque ferrugineis. Thorax elongatus, antice parum angustatus, rufus, immaculatus. Pectus rufum. Venter rufus, basi cyaneus. Elytra apice oblique truncata, punctato-striata, rufa, fasciis duabus, altera baseos brevissima, altera pone medium latissima apicem tamen haud attingente punctuloque lineari albo notata, nigro-cyaneis. Pedes testacei. Femora apice obscuriora.

Mihi non visa

### 3. *Ophienea surinamensis*.

*Attelabus surinamensis*. Lin. Syst. nat. ed. XII. I. 2. p. 619.  
 n. 4., ed. Gm. I. 4. p. 1809. n. 4.

*Colliuris surinamensis*. *De Geer. Mém. s. l. Insectes. Tome*  
 IV. p. 80. Pl. 17. fig. 16. — *Olivier Encyclopéd. Insect. VI. p. 108.*  
 n. 1.

*Agra surinamensis*. Latreille Gen. Crust. et Ins. I. p. 195.  
 Sp. 2.

» *A. elytris* apice bidentatis.

» Habitat Surinami. Rolander. «

» Similis *Att. pensylvanico*, minor *Att. Coryli*. Caput et thorax  
 » nigra. Antennae albo fuscoque annulatae. Pedes ferruginei,  
 » Femora annulo baseos albo. Elytra fusca, striata, apice bi-  
 » dentata.» (Lin. l. c.) — «*Long de quatre lignes. Il est d'une*  
 » *figure des plus singulières et absolument semblable par la tête*  
 » *et le corcelet à la Raphidie commune de l'Europe; mais il a*

» deux étuis écailleux, qui couvrent les ailes. La tête et le cor-  
 » celet sont de couleur noire. Les étuis et le dessous du corps  
 » bruns, les antennes tachetées de blanc et de noir, et les pat-  
 » tes rousses. Les cuisses de la première et de la seconde pair  
 » ont proche du corps une tâche blanche en forme d'anneau.  
 » La tête est allongée, déliée par derrière et garnie de deux  
 » grands yeux très-saillants. Les antennes sont en filets déliées,  
 » de grosseur égale et environ de la longueur de la tête et du  
 » corcelet réunis. Le corcelet est très-remarquable en ce qu'il  
 » est fort long et délié, ayant presque la longueur du corps ou  
 » du ventre; il seroit cylindrique, s'il n'étoit pas plus gros par  
 » derrière que par devant, [et il est un peu courbé en arc en  
 » dessous; il se trouve attaché à la tête par une espèce de petit  
 » col, et de l'autre bout il tient à la poitrine par une autre  
 » petite partie ou articulation distincte. Les deux pattes anté-  
 » rieures ont leur attache à l'extrémité de ce long corcelet.»  
 « Les étuis sont asses larges et peu convexes, garnis de canelures  
 » longitudinales asses profondes et terminés chacun par deux  
 » points très-fines.» (De Geer. l. c.)

## II. Ctenostoma, n. g.

*Collyris*. Fabr. (Syst. Eleuth.) Schönherr (Synonymia  
 Insect.)

(Pedes cursorii. Tarsi omnes articulis quinque. Palpi  
 sex. Antennae setaceae. Mandibulae quadridentatae, ex-  
 tus mucronatae.) Maxillae apice obtusae. Palpi utrinque  
 pilosi. Thorax globosus.

### Generis descriptio.

Corpus elongatum, glabrum, nitidum, sparsim pilo-  
 sum. Caput magnum, postice attenuatum, inter oculos la-  
 tissimum, subtuberculatum, fronte parum elevata, vertice sub-



